OPVS AVREVM IN D. THOMAE AQVINATIS DE ENTE ET ESSENTIA.

Commentarijs Reu. D. HIERONYMI Contareni Episcopi Iustinopolitani. illustratum.

Ad Sanctissimum D. DOM. N. PAVLVM Quintum Pont. Maximum.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDCVI

Apud Ioannem Baptistam Bertonum.
Bibliopolam ad signum Peregrini.

Domus Romanae Ministrantium Infirmis

COPIA.

Gli Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustrissimo Consiglio di X. infrascritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del studio di Padoua, per relation delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, & del Circonspetto Secretario del Senato Zuanne Marauegia con giuramento, che nel Libro intitolato Opus Aureum, entis, & essentiæ Diui Thomæ Aquinatis col Commentario di Monsig. Contarini Vescouo di Capo d'Istria, non si troua cosa contra le leggi, & e degno di stampa, concedono licentia che possi esser stampato in questa Città.

Dat. die 6. Februarij. 1605.

D. Lorenzo Loredan.
D. Santo Balbi.
D. Francesco Triuisan.
} Capi dell'Illustrissimo Consiglio di X.

Illustris. Cons. X. Secretarius
Ioannes Baptista Padauinus.

1605. à 14. Febraro Registrato in libro a carte 144.

Antonius Lauredanus Officij Con. Blasph.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO P. D. D. PAVLO V. DIVINA Prouidentia Pont. Max.

Hieronymus Contarenus Iustinopolitanæ Ecclesiæ Dei, & Sedis Apostolicæ Gratia Antistes, Humili, & Deuota Reuerentia, Pedum Oscula Beatorum.

HEVTERICIS temporibus duo præ ceteris Beatissime Pater fulgentiora Gymnasiorum in orbem terrarum lumina effulsere, quæ mortalium acies illustrarunt. Al-

terum ſanè ordinis prædicatorum decus D. Thomas, cognomento Angelicus, Alterum verò fratrum minorum princeps Scotus: Hi ſiquidem eximiarum virtutum excellentia, & gloriæ amplitudine nemini extitere ſecundi, tamen pro veritate affari compellar B. Thomam ingenij perſpicacitate, & ineffabili ſapientia, adeò emicaſſe, vt eum (egregiorum virorum ſententia) digniſſimum principatum tenuiſſe cenſuerim: & quamuis quæ cuncta edidit præſtantiſſima appareant; aureum opus tamen hoc entis, & eſſentiæ ita inſigne conſpicitur, vt meritò inter hæc obtinuerit palmas: circa quod præclariſſima commentaria glorioſè ab illuſtrioribus viris diuante expoſita fuere:

quæ

quæ ob nimiam in exponendo aut obſcuritatem aut verborum prolixitatem minus leguntur. Qua in re D. Thomæ fretus ſuffragijs, eorum veſtigia in eodem opere ſum ſectaturus, breuitate incipientium faſtidium depellens, & claritate rudes intellectus illuſtrans, conſtitui illud tuæ ſanctitatis patrocinio typis dare. Accipe igitur Santiſſime Pater hylari animo, hoc opus qualecunque a me qui ſummo ſemper amore, ac veneratione te ſum proſecutus, ob eximias animi tui dotes. S. Iuſtitiam, Sapientiam, Prouidentiam, religionem, liberalitatem, munificentiam, pietatem, & clementiam: Tu enim en ille es, ſub cuius pedibus omnia iure ſunt ſubmittenda; Qui non modo auctori-

tate vera ingenio, & ſapientia præſtantiſſimus haberis. Qua ex re te rogatum ſummopere velim, vt opus hoc Beatitudini tuæ dedicatum, ſereno vultu ſuſcipias, meque omnibus in votis tuis obſequentiſſimum, & deditiſſimum habeas.

Sept. Kal. Martij. M. DC. VI.

INDEX

Omnium quæ continentur per singula capita, ex textu, & Commentarijs huius Aurei operis D. Tho.

In Prœmio contenta.

In primo Capitulo hæc habentur.

In secundo Capitulo.

Quid

In tertio Capite.

&

In quarto Capitulo.

In Capite quinto.

Anima

In sexto Capitulo.

Non

In Capitulo septimo.

OPVS AVREVM S. THO. AQVINATIS. ANGELICI DOCTORIS de ente, & essentia.

Quia paruus error in principio, magnus est in fine, Secundum philosophum primo Cæli, & mundi: ens autem, & essentia sunt quæ primo intellectu concipiuntur, vt dicit Auicena in Methaphysica.

Expositio prohemij.

QVONIAM habemus ab Ar. Sexto ethicorum sapientem oportere non modò ex principijs scire; verum, & circa principia vniuersaliter dicere: ex quibus colligitur quoquo pacto scientiam principiorum dari: hæc uero habetur ex scientia communi, nempe ex Methaphysica, in qua percipitur, & determinatur natura entis, ac omnium communium,

Ar. 6. Ethi. Cap. 4. 4. Diuinorum Cap 4.

Vide Aue 4. Meth. tex. 1.

 que

quæ, ens; quatenus ens consequuntur, at quoniam tale opus aggredi adeo difficile censebatur, ut uix peritissimi viri; omnibusq; numeris absoluti hæc capere ualerent: Quapropter; ut tantæ rei indagãdæ, facilior additus daretur, Sanctus Doctor Angelicus Ecclesiæ lumen, mirificum illud opus entis, & essen-

Vtilitas operis. tiæ in lucem prodijt: in quo primo quid nominis entis; qui due essentię significet manifestat. Deo opt. & Max. approban-

Diuisio generalis operis. te tale aggredientes opus, quod tantæ vtilitatis est, vt etiã cuncta Methaphysicalia perlustret: In primis diuidemus præsentem librum generaliter in duas principes partes; nempe in Prohœmium, & tractatum. Prohæmium incipit (Quia paruus error, & cętera.) Tractatus incipit (sciendum est igitur) Prohemium habet tres partes, in quarum prima necessitatem componendi ostendit, in secunda eius intentionẽ aperit;

1. conclusio. & in postrema ordinem procedendi declarat. Circa primum talem ponit con-

clu-

clusionem. In principio cunctarum sciē- *ratio S. Tho.*
tiarum & præsertim Meth. necesse est
cognoscere ista principia, ens, & essen-
tiam: idq; tali ratione probat: Quicun
que errat circa principia; magis erra-
bit circa principiata: Sed ens, & essen-
tia sunt principia omnium intellectua-
lium operationum; ergo errans circa
hæc; errabit profectò circa omnes in-
tellectuales operationes; hoc autem est
maximum inconueniens, cum in illis
vere reperiatur delectatio: ergo talia
sunt necesarijssima cognitu; maior non
probatur a S. Doc. Sed experientia ip- *Probatio maioris S. Tho.*
sa demonstrat, cum subsequentia cun-
cta e principijs dependeant, aut uirtua
liter; ueluti conclusio in præmissis, aut
efficienter, vt inferiora hæc in corpori-
bus Celestibus; quia sol, & homo, gene
rant hominem; vt attestatur Ar. 2. phy- *Tex 2.*
sicorum; aut per modum continentiæ,
seu prædicationis, vt minùs vniuersalia
sub vniuersalioribus: ex quibus colligi-
tur, quod aliquorum principiorum er-

ror, vel falsitas redundat in eorum principiata: sed notandum est, S. Doctorem eius sermonis exordia incępisse ex Ar. sententia habita in primo de cęlo, & mũdo, quo in loco aiebat, quod si quis modicum transgreditur à ueritate circà principia, procedẽs in vlteriora decies millies, fit magis longe à ueritate; quia videlicet subsequentia ex eornm principijs dependẽt: Minor est Auicenæ in eius Metth. immò est eiusdem Ar. primo physicorum in prohemio, inquientis intellectui nostro primo occurrere confusiora, & vniuersaliora; Cum ergo ens, & essentia sint vniuersalissima, (vt dicit Auicenas) manifestum erit, intellectui nostro primo occurrere: Pro minori sciendum etiam est, intellectum nostrum (ut pluribus in locis attestatur Ar.) in principio eius cognitionis, esse in pura potentia: omni autem procedẽti de potentia ad actum, prius occurit actus imperfectus, quam actus perfectus, (vt manifestum est in generatione ani-

Notandum p. Ar. 1. de cælo, & mundo tex. 33.

Auic. in eius Met th. ca. 5. Ar. 1. phy. in prohemio.

malium) huiusmodi autem sunt vniuersaliora; ut sunt ens, & essentia; quia sub his, omnia, quæ sub potētia intellectiua intrant, continentur; ergo bene sequitur, quod primo ab intellectu nostro cōcipiantur: sed ex his etiam animaduertere oporret, quod intellectus noster nō deuenit in verum scibile, nisi medio discursu, hec.n. differentia ponitur inter intellectum nostrum, Angelicum, & Diuinum; quia intellectus Diuinus intelligit omnia simul; Angelicus, quamuis non intelligat vnum post aliud; intelligit tamen unum ex alio, cum magis percipiat conclusiones in principijs, quā è regione: Intellectus uerò noster, quia est causatus in nobis; ac ꝓinde ultimus inter intelligētias (ut dicit S. Dionysi⁹) intelligit unum post aliud, & vnum ex alio; quia verò est discursiuus, necesse est, ut ab aliquo prius scito incipiat, & tale est ens concretum quidditati sēsibili (ens) inquam, ut significat immediatè quamcunq; rem, siuè singularem,

Notā. 3. Discrimen inter naturas intelligibiles. Vide Ar. 10. Met th. tex. 51.

Vide Toletum in 9. de 1. cognito 1 phy. tu vero intellige in hoc statu.

Ratio cõmunis demo. probat. thomistarũ conclusionis.

Notandum 3.

siuè non; (concretum quidditati sensibili) ut se extendit ad res sensibiles, & sensibus subiectas, & tale primo concipitur pro isto statu ab intellectu nostro; vt supra Doc. diffusius manifestat 1.p.q.85.art.3. & potest probari eius conclusio unico argumento: Illud uniuersale priùs cognoscitur ab intellectu, cuius singulare prius, & fortius mouet sensum; at huiusmodi est singulare uniuersalioris; vt hoc ens, quàm hoc corpus, ergo. & ut hæc sententia magis fulgeat, adnotare oportet, quòd principium, & conclusio quidam conceptus compositi dicuntur: tales autem ad cõceptus simplices resoluuntur; unde cõceptus compositus principiorũ in conceptum simplicem terminorum resoluitur; sicq; conceptus conclusionis, in conceptum principiorum, & ordine naturali prænoscitur conceptus termini ante conceptum principij, & conceptus principij ante conceptum conclusionis; adeò quòd ablata cognitione ter-

terminorum dicimus, quòd conceptus entis prænoſcitur cognitione actuali confuſa ante cognitionem actualẽ con fuſam omnium aliorum principiorum, & concluſionum; dicitur autem actualis ob id; quia addiſcens aliquo pacto eſt in actu, ex eo verò, quia ratione determinabilis ſcibilis eſt inſtar viæ ad terminum a quo appellatur confuſa. Circa maiorem, & minorem ſimul S. Thomę diligenter eſt attendendum, quòd omnis noſtra cognitio fit per aliqua prima, ex quibus diffinitiones, & demonſtrationes procedunt, quæ rerũ materialium ſunt elementa, cum huiuſ modi rebus prima inſint, licèt aliqua extrinſeca principia his queant eſſe priora, ut agens, & finis. Vnde quando Angelicus Doctor dixit (paruus error in principio, & cætera) ly principium ad omnia extendere poteſt; ita quòd quarumcunque rerum principium intelligere ualeamus & materialium, & immaterialium, & rurſus finitarum re- Not. 4.

rum,& infinitarum. Circa quòd si quis errabit, ulterius magis errabit idest circa ea, quę ab illo originantur: quòd si de materialibus rebus fiat sermo, intelligendum erit, scilicet elementa, quæ causæ internæ sunt; ut materia, & forma, ex quibus quidditas, seu essentia rei materialis cõstet, quæ materialis quidditas pro hoc statu intellectus nostri est principale, ac illius maxime proprium obiectum: neque excludendæ erunt causæ talium rerũ externæ, nempe agens, & finis, quæ etiam ordinatè ad res prodeundas concurrunt: si uerò de rebus spiritualibus creatis fiat sermo, intelligẽdum erit per principium, primum agens, a quo quamcunque intelligendi influentiam hauserunt: & a quo (teste Hesiodo Poeta) omnia processerunt: mox earum essentiæ; quæ primo intellectibus singulorum obijciuntur. Si autem intelligatur de rebus increatis, sic ly principium tantum dicet habitudinem originantis, uel per actũ

in-

intellectus Diuini, ut uerbum Patris; siue per actum Diuinę uoluntatis, & ab uno principio, ut Spiritus Sãctus amor notionalis a Patre, & filio procedens; ita tamen, quòd essentia diuina sit principium quo omnium actuum diuinorũ propterea ingeniose de omnibus essentijs, & esse uerba faciet.

Ideo primo nè ex eorum ignorantia errare contingat, ad horum difficultatem aperiendam dicendum est; quid nomine essentiæ, & entis significetur, & quomodo in diuersis inueniuntur, & quomodo se habeant ad intentiones Logicas scilicet genus, species, & differentias.

In his uerbis supra Doc. eius mentẽ ostendit tangens pertractanda: Primo quid significetur per nomen entis, & essentię: Secundo quomodo inueniatur in diuersis, tam in substantijs simplicibus, quam compositis, ac proinde in ipsis accidentibus: Tertio qualiter essentia se habeat ad intentiones Logi- *Expositio.*

cas,

cas, nempe ad genus, & differentiam, & qualiter accipiatur tunc essentia, utrũ secundum se, uel prout est in suis inferioribus, uel ut est in intellectu. Ad eorum euidentiã notanda sunt tria. Quòd quamuis hic tractetur de ente, et essentia, sermo tamen principalis est circa ens, quod est substantia; mox de accidentibus: Vnde determinato prohemio, statim sermo fiet de essentijs substantiarum; mox de accidentibus. Dicit autem, quòd uidendum erit primo quid significetur per nomen entis, mirabile. s. secretum pandens, insinuans in quacunq; facultate speculabili prius, quo ad quid nominis; deinde rem cognosci quo ad quid rei sub esse confuso; postea resolui ad eorum principia; ex quibus principijs distinctus speculatiuus conceptus illius rei formatur. V. g. volo cognoscere quid sit homo distincte, & aperte: prius adnoto ætimologiã huius nominis, deinde dico, quod est ens; postea substãtia, 3. animata, ultimo

quod

quod est substantia animata sensibilis rationalis, & sic formatur unum quod quid est, & unus conceptus distinctus de ipso homine, quasi dicens, quod homo est substantia animata sensibilis rationalis, & in his includuntur quatuor quæstiones, duæ simplices uidelicet an est & quid est; quæ ideo dicuntur simplices; quia quæritur de essentia rei, & de causa talis essentiæ, nihil aliud sibi attribuendo; ut quando quæritur, an homo est, & postea quid sit; aliæ duæ dicuntur compositæ, seu componentes in numero; vt quia est, & propter quid est: quæ quidem dicuntur ponere in numero; quia per eas quæritur vtrum homo sit risibilis, hocq; dato qualis sit causa huiusmodi inhærentiæ, idest propter quid sit risibilis, quorũ omni meminit Ar. 2. posteriorum, quæstionis, autem quo ad quid nominis non meminit; quia ibi non erat eius institutum, quæstiones cunctas perquirere; sed quæstio stiones tantum reales; huius tamen me

4. quæstiones reales, & vna. quid nominis.

Vide D. Tho. supra Boetium de consolatione prosa 1. libr. 5.

mi-

minit quarto Meth.& primo priorum, & hac potissimum utitur primo physicorum contra negantes prima principia.

Quia uero ex compositis cognitionem simplicium accipere debemus, & posterioribus conuentior fiat disciplina: Ideo ex significatione entis, ad significationem essentiæ procedendum est.

Expositio. In hac tertia parte implicite nos scire facit, quod sapientis tres sunt actus, nempe, ordinare, reprobare, & informare: primi autem primo Methaphisicorum meminit Ar. asserens, quod inter ea, quæ homines de sapiente concipiunt, Communiter est unum. s. quod ad eum pertinent ordinare: aliorum vero primo Elenchorum meminit, dicēs (est autem, ut ad unum sit dicere opus scientis non mentiri de quibus nouit, & mentientem posse manifestare) quæ omnia in hoc aureo libello suo mirabili ingenio obseruauit (ut notificabitur

Not. 1. Sapientis tres sunt actus tex. 8.

in explanatione inferius) interim primum hoc in loco obſeruat dicẽs, quod ex compoſitis ad cognitionem ſimplicium tanquam notioribus nobis eſt inchoandum; ex quibus colligitur, quod non eodem modo aſſumit ſibi notius, & ignotius, Theologus Chriſtianus, & naturalis; ſimpliciora nanque Theologo notiora ſunt; per hæcq; perſcrutatur magis compoſita: inueſtigat enim creaturas per ordinem ad primam cauſam, eam tanquam notiorem aſſumens, quæ ſimpliciſſima extat, in qua ueluti in ſpeculo cunctæ creaturæ refulgent: Si vero ad naturalem confugerimus, aliud erit dicendum; quoniam phyloſophus naturalis ex notioribus ꝓgreditur, quæ ſunt ſcilicet confuſiora, & vniuerſaliora; ut poſtea occulta, notioraue naturæ rimetur: Vnde ex ſenſibilium rerum natura patefacta, ad notiora ſimpliciter, naturæq́ue fulgentiora perducitur, propterea inquit Angelicus Doctor, quod primo intendit agere de en-

Not. 1.

Vide S. Thom. lec. prima primi phy.

Tho. in ordine procedendi. te; deinde de essentia; ratio uerumtamen, quam assignat, est hæc, omnis tradens aliquem disciplinam per modum Methodi naturalis debet prius determinare de compositis,& posterioribus; quam de simplicibus, & prioribus: At ens est huiusmodi. ergo ex significatione entis, ad significationem essentiæ est procedendum: Circa maiorem, talem ponit rationem,inquiens,quod talia sunt faciliora ad cognoscendum; vt ait Ar.primo physicorũ in Prohemio: *Notandum 2. sup. maiorem.* Sed animaduerte, quod compositũ sumitur dupliciter, uno modo in potentia,alio modo in actu,si primo modo intelligitur, Sermo.S.Tho.est uerissimus; quia talia composita sunt uniuersaliora; quia ad plura se extendunt sub se; tanq̃ sub potestate eorũ prædicationis contenta,ueluti minus uniuersalia;si,2. modo hoc non uerificatur; immò magis vniuersalia sunt simpliciora quòad compositionem actualem:Tu ergo intellige primo modo,non secundo mo

do,

do, ſed ad minorem iam accedamus; ſed ens eſt quid compoſitum; eſſentia eſt quid ſimplex; quia ens; ſe habet ad eſſentiam, ſicut concretum, & abſtractum, quia eſſentia dicit puram eſſentiam; ens verò eſt habens eſſentiã; loquendo de ente nominaliter, non autem participialiter: Vnde pro horum declaratione eſt animaduertendum, quòd ens dupliciter conſideratur, vno modo, ut imponitur ab eſſe eſſentię; ita ut illud uocetur ens, quod habet eſſentiam: Vnde ens nil addit hoc modo realiter ſuper eſſentiam, cum (atteſtante Ariſ. 7. Diuinorum) eãdem rem prorſus ſignificent, & eo in loco aiebat idẽ eſt homo, & ens homo, & unus homo; adeo quòd nihil addit ſupra humanitatem, ſed iſta tantum eſt ſecundum rationem intelligentię compoſitio, habens tamen in re fundamentum: ſecundo modo ens imponitur ab eſſe exiſtentiæ, & tali modo accipiendo ens in cunctis creatis addit aliquod reale, neque Not. 3.

ſe

se habet, ut compositum; immò ambò sunt ueluti partes constituentes unum analogia; cum compositio generaliter loquendo tripliciter desumatur, quarum una est ex materia,& forma,ex qua desumitur unum numero,& unum specie; secunda est ex genere,& differentia,ex qua accipitur unum genere: tertia est compositio ex esse,& essentia, ex qua accipitur unitas in Analogia; ex quibus colligitur,quòd nisi esset huiusmodi compositio,tolleretur inter creaturas,& creatorem,seu inter primũ principium,& principiata omnis Analogia; cum per hanc elucescat Analogia inter primum principium, & inter principiatum,scilicet creaturam, quia ipsum primum est ens esse per essentiã; creaturæ uerò non sunt eorum esse (vt teste Simplicio de cœlo,& mundo) dicebat Parmenides. Qua in re posito, quòd identificentur cum eorum esse, illico tolletur Analogia inter creatorem,& creaturam,& per consequẽs omnis

Triplex compositio rerũ.

3. de cœlo, et mũdo in lec. D. Tho. lect. 2.

nis unitas inter hęc:sed dubitatiuncula oriri ex his potest, qa inquit Auctor in libris de causis, quod primum rerum creatarũ est esse; cum itaque essentia sit aliud ab esse existentiæ (vt inferius probabitur) uidetur, quod aut per accidẽs creatur esẽtia, aut quod sint duæ creationes, quarũ vna creatur esentia; altera uerò existentia; sed his faciliter occurri potest, inquiendo, qđ sensus Auctoris causarum est, ꝙ creatio terminetur ad esentiam sub esse. l. creatio est prima ad esse, quatenus ipsum esse est ratio, qua aliquid terminatur, exemplũ est de colore, qui nõ dicitur obiectum uisus; sed ratio formalis obiecti uisus, non. n. videtur, nisi ratione coloris; quare neq; esse, neq; esentia propriè dicũtur creata, sed concreata; cum supposito tantum debeatur creatio, inquiente Aris. 1. Eth. in prohemio, actiones, generationesq; omnes circa singularia versantur.

Auctor in lib. de causis dubium.

Solutio.

Et hæc sufficiant quoad prohemium.

CAPVT PRIMVM.

Tex.14. SCiendum est, quod sicut in quinto Methaphysicæ Physosophus dicit ens per se dicitur dupliciter, uno modo quod diuiditur per decem genera, alio modo quod significat propositionum ueritatem.

Expo. Munera sapientis superius cum explicaremus tria de mente Ar. iam esse posuimus: & primo de ordine, quem sibi. S. Th. assumendum proposuit, diximus in calce prohemij: nunc vero de his, quæ sub illo ordine tractaturus est, nos informat: & hoc est secundo munere fungi. Qua in re tria hoc in capite est facturus primo manifestabit vnde Sumitur nomen essentiæ secundo aggre- S. Tho. tria in tractatus facit. dietur de essentijs rerum secundum ordinem præpositum declarandum, scilicet quomodo diuersimode in diuersis inueniantur, tertio demum de accidentium essentijs uerba faciet: sicque sex

capi-

capitibus totum opus præſens abſoluet. In hocprimo capite tria facit, primo proponit quandam diuiſionem: ſecundo declarat unde ſumatur nomen eſſentiæ: tertio quomodo hoc nomen eſſentiæ conueniat quidditati, formæ, & naturæ. Quò igitur ad primum: Sciẽdum eſt entis plurimas eſſe diuiſiones nempe per modos, quidditates, paſſiones, ac differentias Analogas: hæc tamen, quam aſſumpſit S. Tho. eſt per modos. Dicit ergo primo ex Ar. in tex. 13. quinti Meth. ens per ſe de quo intendimus, aſſumitur dupliciter uno modo dicitur ens per ſe quod diuiditur. ſ. in decem genera prædicamentorũ, alio modo quod ſignificat propoſitionum ueritatẽ: & iure merito a diuiſione per modos procedit, cum hæc contineat diuiſionem per quidditates, ſed non è conuerſo: quia ens quod ſignificat ueritatem propoſitionum non habet quidditates: diuiſio uero per quidditates includit diuiſiones per differẽtias analogas, & paſ- *Notandum 1.*

ſiones; cum ens ſignificet nouem accidentalia prædicamenta in attributione ad ſubſtantiam. Ideo de ipſis dicitur per quandam analogiam, ita ꝙ unũquodque eorum prædicatur de ſubſtantia, cum ſignificatio omnium nouem prædicamentorum ſit ſupra ſubſtantiã, ſcilicet aliud eſt conſtituens ipsã, aliud locans eam, aliud qualificans; ita ut ipſa ſit fundamẽtum omnium paſſionum oſtenſarum de ipſa. Vnde diuiſio entis in nouem genera eſt per ordinem ad ipſam ſecundum prius, & poſterius. Qua in re bene inquit S. Thom. (ens per ſe,
Not.2. &c.) pro quorum etiam declaratione, eſt ſciendum quod prima diuiſio entis eſt iſta: entium aliud eſt per ſe: & aliud per accidens: ens per ſe eſt terminus ſimplex; ens per accidens ex duobus terminis eſt compoſitum, quod in nullo reponitur prædicamento. Rurſus tale ens diſtinguitur in duos modos, quorum unus eſt, quando aliqua duo adeò coniuncta ſunt per accidens, quod unũ

accidit

accidit alteri, ut homo albus: Secundus modus est, quando duo accidentia accidunt alicui, ut album, & musicum accidunt Ioanni. Prætermisso ente per accidens; Secundam diuisionem eius intentioni fauĕtem est aggressus; & est illa, qua ens diuiditur in anima, & extra animã. i. in ens reale, & in ens rationis: & ens tale duplex est, aliud est purè negatiuum, & remotiuum, vt priuationes, & negationes: alterum non est ita remotiuum, ut relationes rationis: & secũdæ intentiones: ens extra animam est illud, quod in decẽ genera generalissima diuiditur. taliterq; assumptũ nõ descendit in prædicamenta per differentias alias reales: & per consequens nõ erit genus, ac proinde in rerum definitionibus cadere nequit: ex quibus colligũtur duo, quorũ primũ est, quod ad ea immediatè descẽdat: alterum quod statim sit illud, quod est: ita ꝙ illico est substantia, neque est expectans aliquam differentiam contrahentem ipsum ad substan- *Ens rationis est duplex.*

tiam:& ad cætera prædicamenta:& hæc Doctrina est Ar. octauo Meth. inquientis:(et quemadmodum & quod ens aliquid, hoc ꝙ quale, quod quãtũ, quapropter non inest definitionibus, nec ens, nec vnum, & etiam quod quid erat esse statim unum aliquid est, sicuti & ens aliquid) hæc ille. Quid clarius? dicit enim philosophus quod quemadmodum ens statim est illud, quod est. i. substantia:& statim est quale. i. qualitas: & quantitas, ob id non est genus ad ista, neque ponitur in diffinitionibus: nec ens, nec unũ: ita quod quid erat esse substantiarum separatarum statim est unum aliquid, sicuti & ens non expectat aliquid aliud prædicamentorum: Vltima diuisio cuiuslibet entis prædicamentalis est in actum, & potentiam. Quæ omnia suis proprijs locis meliori mõ declarãda erunt.

Ar. 5. Meth. tex. 16.

Horum aũt differentia est, quia secundo modo potest dici ens esse illud de quo affirmatiua propositio formari potest; etiam si illud in re nihil ponat, per

quem modũ priuationes: & negationes entia dicuntur: dicimus.n.quòd affirmatio eſt oppoſita negationi: & q̃d cæcitas eſt in oculo. Sed primo modo non poteſt dici aliquid, quod quod ſit ens, niſi quod in re aliquid ponat: Vnde primo modo cæcitas: & huiuſmodi non ſunt entia: Nomen igitur eſſentiæ, non ſumitur ab ente ſecundo modo dicto: aliqua.n.dicũtur hoc modo entia, quę eſſentiã non habent:ut patet in priuationib. Sed ſumitur eſſentia ab ente primo mõ dicto: Vnde commentator in eodẽ loco dicit ens primo modo dictũ eſt, quod ſignificat ſubſtantiam rei.

Hoc in loco S. D. ponit quomodo hæc inter ſe differant; ſed antequã vlteriùs procedaſ, animaduertere oportet, quod ens in anima ſignificat copulationem in intellectu.& uocatur a Cõmentatore pluribus in locis in Methaphyſicis ens diminutũ, & incompletũ: huius autem ratio eſt, quia huiuſmodi (vt dictũ eſt) ſignificat copulationẽ in- *Expoſitio. primo ad.*

tellectus: ac proinde eius entitas consistit ĩ hoc, ꝙ talis cóceptus adæquat̃ rei; ita ꝙ adęquatio rei extra facit istã entitatem. V. G. cócipio hoĩm esse animal, quia realiter animalitatis naturam assequitur. Vnde bene dicebat commentator, quod ideo appellatur ens rationis, quia copulatio intellectus adæquatur rei extra: ex his colligitur alterum, népe quod ueritas propositionum consistit in adæquatione conceptus ad rem extra: falsitas uero in priuatione huius adęquationis conceptus ad rem alterã, etiam colligitur, quod sine compositione, & diuisione non potest esse uerum, uel falsum: tertium quod uerum uel falsum est in mẽte ueluti in subiecto, ut inquit Ar. sexto Meth. tex. octauo, in re sicuti in causa, quia vt dicit in post prodicamentis ab eo quod res est, uel non est, oratio dicitur uera, uel falsa; in propositionib. veluti in signo: ut inquit Ar. primo perhiermenias: secundum est notandum quod sicut ens rationis quod

Secundũ adnotã.

erat in conceptu, & in anima erat ex adæquatione conceptus ad rem: sic ẽt extra animam, ideſt ens reale eſt ex adequatione ad eius principia realia generantia eſſentiam puta hominis: & ideo ſignificat eſſentiam: Dicimus tertio de mente Commentatoris, quod illud uocabatur ens diminutum, ens uero reale ens completum: & credo magna ratione hoc dixiſſe quandoquidem ſe habeant ad inuicem ut menſurans, & mẽſuratum: Ens in anima eſt ueluti menſuratum: ens vero extra animam eſt ſicut menſurans: & quia menſurans eſt perfectius mẽſurato: ideo ens in anima ueluti effectus dicitur ens diminutum: ens verò extrà animam ueluti cauſa dicitur ens completum. Dicit itaque S. Tho. horum autem & cętera, ideſt hoc modo differunt ad inuicem, quia ens rationis poteſt appellari: & dici omne illud de quo formari poteſt propoſitio, quãuis in re nihil ponat, per quem modum negationes, & priuationes dicuntur entia,

Differentia inter ens rationis, & ens reale.

tia,

tia, secundum illud dictum, omnis negatio opponitur affirmationi, & quod cæcitas est in oculo: At ens reale non se habet sic, sed semper ponit aliquid extra animam siue sit successiuum, siue sit permanens: qua in re non potest hoc pacto dici ens, nisi illud sit aliquid extrà animam. Vnde per hæc dicta excluduntur negationes: & priuationes, quoniam in re nihil ponunt; Sed solum remouent: Consultò itaq; dicit S. Th. etiam si in re nihil ponat, quod intelligendum est tàm materialiter, quàm formaliter de negatione, quia negatio, ut sic remouet adeo quod subiectum aliquod non præsupponat, nec aliquam naturam dicat, ut non ens: non autem sic dicendum erit de priuatione. pro quorum intelligentia est animaduertendũ, quod negatio, & priuatio, & contrariũ, ad inuicem conueniunt, differunt autem in hoc, quia omnia hæc aliquid remouent: differunt autem in hoc, quia priuatio sic remouet habitum sibi oppositum,

Not. 4. Qualis dif. sit inter hæc.

situm,

ſitum, quod, tamē præſupponit aliquod ſubiectum ſibi determinatum: & aliquā do aptum natum, ut cæcitas prǽſupponit ſubſtantiā. ſ. id in quo erat viſus, & tñ de ſe nullā formam, neq; naturā dicit, ſumēdo priuationē pro abſentia formæ, quæ iam fuit; ſicq; eius entitas cōſiſtit in adæquatione cōceptus ad ſubiectū carens, tali natura, vel tali forma, q̄ iā ſuit, & nō erit, vel q̄ iam nō dū fuit, tñ futura eſt; Vnde & Ar. quarto Diuinorum aiebat priuatio eſt negatio in ſubiecto apto nato, ſumendo priuationem ut eſt generationis principium, ideſt pro abſentia eius formę, quæ ſutura eſt: Contrarium uero ut ſic remouet formā contrariam, ponit uero ſubiectum determinatum: & de ſe dicit aliquam formam ſeu naturam: ut. V. G. album remouet nigrum, & pręſupponit ſuperficiem, cui addit formam, nempe albedinē: & eius entitas conſiſtit in adęquatione conceptus ad rem, quam ſignificat; & ſubiectum; quod ſupponit: cum contraria te-

Ar. quar to Metathyſ.

ſte

ste Ar.4.Diuinorũ sint in eodem genere. Negatio sic remouet quod neq; aliquod præsupponit subiectum. Qua in re entitas eius non consistit in adæquatione alicuius conceptus ad rem extra, sed ad animam facientem ipsum, & dicentem, non ens, est non ens. Vnde & Ar. 4. Diuinorum dicit tex. 2. & non ens esse non ens dicimus.

Nomen igitur essentiæ non sumitur ab ente secundo modo dicto; aliqua.n. dicuntur hoc modo entia, quæ essentiã non habent, vt patet in priuationibus: sed sumitur essentia eb ente primo modo dicto. Vnde Commentator in eodem loco dicit ens primo modo dicto *expositio* est, quod significat substantiam rei.

Hęc est secunda pars huius primi capitis, in qua manifestat S. Thom. vnde debeat sumi hoc nomẽ essentiæ: & ait illud nequaquam debet sumi ab ente rationis, sed ab ente reali: & de hoc reddit rationem: quia aliqua dicuntur entia rationis, quæ non habent essentiã

ut

ut ex superiorib. dictis clarũ erat, loquẽ do de priuationibus: & hoc idem, dicto Auerrois affirmat, inquientis ea, quæ in prima adnotatione iam diximus, ex q. bus sequitur, quod entis, quod est diuisum in animam, & extra animam, eius abstractũ nõ est essentia, sed eius abstractum est entitas, quę est essentia, quatenus refertur ad ens extra animam: seruatque carẽtia vocabulorum entitatis nomen, quatenus refertur ad ens in anima, & est analogum secundum rationẽ, non autem secundum esse, quia ratio entitatis quatenus refertur ad sua analogata, per prius prædicatur de essẽtia, quàm de entitate, quia essẽtia tãquam quoddã reale est mensura eius: & semper dicitur de mensurato in ordine ad mensurans. Correlatiuum.

Et quia ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet, quod essentia significet aliquod commune omnibus naturis per quas diuersa entia diuersis generibus, & spe-

cie-

ciebus collocantur ſicut humanitas eſt eſſentia hominis: Et ſic de alijs.

Et quia illud per quod res conſtituitur in proprio genere, vel ſpecie eſt, qđ ſignificamus per diffinitionem indicantem quid eſt res, inde eſt quod nomen eſſentiæ a phyloſophis in nomen quidditatis mutatur: & hoc eſt quod phyloſophus in ſeptimo Meth. frequẽter nominat quod quid erat eſſe, ideſt hoc ꝑ quod aliquid habet eſſe quid: Dicitur etiam forma ſecundum quod per formam ſignificatur perfectio rei, uel certitudo vniuſcuiuſque rei ſicut dicit Aui. in 2. Meth. ſuæ: Hoc etiam alio nominẽ natura dicitur, accipiendo naturam ſecundum primum modum illorũ quatuor modorum quos Boethus de duabus naturis aſſignat: ſecundum, ſ. quod natura dicitur eſſe illud, quod quocunque modo intellectu capi poteſt: non enim res intelligibilis eſt niſi per ſuam diffinitionem: & eſſentiam: & ſic etiam dicit phyloſophus in quinto Meth. qđ

Art. 7. Meth. text. 12. & 20.

Cap. 2. post medium.

om-

omnis ſubſtantia eſt natura: Nomen autem naturæ hoc modo ſumptæ uidetur ſignificare eſſentiam rei ſecundũ quod habet ordinem, uel ordinationem ad propriam operationem rei, cum nulla res propria deſtituatᷓ operatione. Qualitatis uero nomen ſumitur ex hoc q̄d per diffinitionem ſignificatur: Sed eſſentia dicitur ſecundum quod per eã: & in ea res habet eſſe.

Hæc eſt tertia pars huius capitis, in qua S. Th. demonſtrat quomodo nomẽ eſſentiæ transferatur in nomen quidditatis, formæ, & naturæ: ſed prius adnotat, quod quemadmodũ ens immediate ſignificat decem cathegorias neceſſe eſt, ut etiam ea, quæ ab ipſo ſumuntur ſignificent unam naturam Commu nem omnibus naturis per quas. diuerſa entia in diuerſis generibus & ſpecie bus collocantur: ſequitur poſtea eius inſtitutum, inquiens, quæ ſequuntur: ex quibus multas carpit cõcluſiones: quarũ prima eſt talis, ſcilicet eſſentia tranſ- *expoſitio*

fer-

fertur in nomen quidditatis. Probat autem hoc, hac ratione.s. omne id per quod aliquid primo constituitur in genere, uel in specie est illud, quod significatur per diffinitionem indicantem quid est res. At essentia est huiusmodi ergo essentia dicitur quidditas: Minor: probatur per Ar. 7. Meth, & secuudo physicorum quibus in locis idem phylosophus probat multis textibus appellari quod quid erat esse per hoc quod aliquid habet esse quid. Ponit secundo conclusionem, quæ talis est. Essentia transfertur in nomen formæ: Sed scire oportet, quod duplex est forma, partis, & totius, non primo modo sumitur hic forma: sed secundo modo. Probat autem eius conclusionem tali pacto. Omne illud potest sortiri nomen formæ, p quod habetur certitudo rei. At per essentiam habetur certitudo rei: ergo essentia potest sortiri nomen formæ. Maior est Auicénæ in secundo eius Meth. Minor est etiam clara: omnis rei certitudo

prima cõclusio S. Tho. proson.

2. conclu.

forma sumitur 2. prob. con.

tudo desumitur in ordine ad essentiã, Ponit tertio tertiam conclusionẽ, quæ est talis. essentia assumit, uel uendicat sibi nomen naturę: Sed antequam com probet eius conclusionem, quædam no tatu digna exponit, ex D. Boetio in libro de duabus naturis: & una persona CHRISTI; quo in loco docet Boetius, quod natura quatuor significationes sibi uendicat, quarum prima talis est, vt natura possit summi pro qualibet re siue sit substantia siue accidens: taliq; pacto accepta sic definiri põt. Natura est earũ rerũ, quę cum sint quoquó modo intellectu capi possunt, recte dixit (cum sint) quandoquidẽ chymera, aliaq; figmenta quamuis ab intellectu capi ualent, quia tamen nequaquam existunt ob id naturæ nomen vẽdicare nõ debent. Dicit ẽt (quoquomodo) propter intelligentias, & Deum, quæ res ęgre, ac tenuiter ab humano percipiuntur intellectu: secundo pressius sumitur nomen naturæ stando pro substantia, si-

D. Boe. Nomina 3. signi. habet.

prima.

Ar. 12 Metha. tex 39.

2. sign.

ue ſit corporea: ſiue ſit incorporea: hoc q, mō accepta ſic definitur. Natura eſt quod facere, aut pati, aut utrunque poteſt. Dicit (facere) quia Deus eſt tantū agens, dicit (pati) quia materia tantum eſt patiens, dicit (aut utrunq;) quia ſunt aliqua quæ agunt, & agendo patiuntur ut habetur ex Ar. 8. phyſ. tex. 45. tertio
3 ſign. 4 ſign. anguſtius ſumitur natura pro ſola ſubſtantia corporea ideſt, pro principio interno ſuarū operationum ut dixit Ar. ſecundo phyſicorum. Natura eſt principiū motus, & quietis: Poſtremo, & quarto modo deſumitur natura pro ultima, ac propria rerum differentia: undę dicimus aliam eſſe naturam Auri, aliam Argenti: ſicq; poteſt hoc modo definiri. Natura eſt vnum quodq; informans ſpecifica differentia, quæ definitio ex ſe clariſſima eſt: His autem ſit ordinatis colliguntur, quod duo ſunt de ratione eſſentię: primū vt ſit eſſentia rei alicuius: ſecundum ut ſit ſuarum operationum principium, quoniam nulla eſſentia propria

pria

pria operatione destituitur: itaque cum sit suarum operationum principium essentia recte potest appellari natura iuxta tertiam acceptionem D. Boe. & Ar. in loco præallegato: Sed aduerte quod essentia quidditas, forma, & natura, sic ad inuicem se habent, quod inter se nequaquam differunt, sed secundum rationem intelligentiæ tantum, ut patet de humanitate, quæ diuersa ratione dicitur quidditas, hominis, forma hominis, & natura hominis: attamen realiter hæc sunt eadem: horum autem ratio est hæc: quoniam humanitas dicitur aliquando essentia hominis, quia per eam homo habet quod sit talis nempe per humanitatẽ, dicitur quidditas hominis quatenus humanitas significatur per diffinitionem hominis, similiter dicitur forma hominis, in quantum per hanc humanitatem, hominis esse notificatur, nec non a quocunque alio a se differenti specie distinguitur: Vltimo dicitur natura quatenus per huma

Notandum primum.

nitatem operationes, quęcunque sint illæ exercentur: & hæc sufficiant quoad præsens caput.

Apendix. Animaduerte, quod quamuis Dei omnipotentis essentiæ hoc in loco meminerimus; nullo modo cæteris coordinata est, neque naturam coordinatorum sapit: sed adeo sumenda est, ut nullo modo alijs cō numeretur, cùm sit simpliciter prima, ac reliquarum essentiarum causa; vnde in secunda significatione naturę ponitur etiā Deus, ut est absolute primum agens, nullum ordinem redactum, neque cæteris coordinatum secundùm quod in Duo

tex. 37. decimo Diuinorum de eo locutus est Ar. quando dixit. (Quare medium ēt quiddam est, quod non motum mouet: & essentia & uirtute perpetuum, & subnectit ex tali principio dependet cælum & natura.) quę nullo pacto alij naturæ, nisi Diuinæ conueniunt, cum tantum ea, a qua esse, uiuere, & moueri sit iuxta Apostolum Paulum scilicet in ipso uiuimus, mouemur, & sumus.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

SEd quia ens absolute: & primò dicitur de substantijs, & posterius, & secundum quid de accidentibus: inde est, quod essentia proprie, & vere est in substantijs, Sed in accidentibus est quodammodum, & secundum quid.

Ostenso quod ab ente extra animã essentiæ nomen assumitur: quodque essentia tam in substantia, quam in accidentibus reperitur: modo in talium essentiarũ indagatione ordinem procedendi intendit indicare: duplex scilicet, substantiarũ genus promittens simplicium, scilicet & compositarum: & tàm simplicium; quamque compositarum, essentiarum sermonẽ est habiturus: At de substantiarum compositarum essentijs, prius uerba est allaturus; tanquam à notioribus nobisque manifestioribus: Qua in re præsentis huius Capitis exordio, hanc conclusionem ponit scilicet, Quilibet phylosophus agens in *expositi* *Conclusio.S.T.*

in genere de essentijs substantiarũ prius de essentijs substantiarum quam de acci dentium essentijs agere debet. Hocque hac ratione probat S. Doctor scilicet sicut se habet ens ad substantiam, & accidens. Ita se habet essentia: At ens ita se habet quod uere, & proprie dicitur de substantijs, quodammodo, & secundum quid de accidentibus; ita essentia vere, & proprie dicitur de substantia: quodammodo, & secundum quid de accidentibus: Maior iam ex superioribus liquet. Minor ita comprobari potest. De illo dicitur ens uere, & proprie, de quo dicitur absolute, & per prius. De illo dicitur quodammodo & secundum quid, de quo dicĩ per posterius, & in ordine ad pri⁹: Sed de substãtia dr̃ absolute, & ꝑ prius, & de accidente quodãmodo, & secũdum quid ergo prius agendũ erit de substautiarum essentijs, quam de accidẽtium. Sed antequam ad S. Tho. uerba proficiscar, diligenter attendenda sunt ea, quæ in quarto Diuinorum dicta ab

Ratio 1 ba.

Not. 1.

Tex. 2.

Arist.

Arist.sunt,quo in loco Arist. cupiens satisfacere cuidã obiectioni, quæ ex eiusdẽ uerbis insurgere poterat,s.quomodo possibile sit, quòd hæc Metaphisicalis scientia consideret totum ens; Cum præsertim scientia quælibet sit respectu vnius; & entia magnã inter se se diuersitatem habent? Cui quidem obiectioni satisfaciens, ait (ens autem quidem multis modis dicitur,sed ad unũ) ex his inuens,quod non obstante hac multitudine totum etiã ens sub unica duntaxat scientia cadere potest:Huius autem rei reddit rationẽ inquiens,quòd hæc multitudo non est sicuti æquiuocorum; Sed sicuti attributorum ad unũ primũ multitudo;& exemplificat in his,quę sunt ad unum finem puta ad sanitatem attributa;quoniam ad hanc sunt, & medicina, & urina,& animal,quæ ad unum finẽ attributionem habent.i.ad sanitatem,medicina tanquam causatiuum, & effectiuum,urina uti significatiuũ,animal vti sanitatis subiectiuum,ad quod hæc secun

dum diuersas rationes, ac habitudines ueluti ad proprium, sanitatisve recepti uum referuntur; sicque de ente asserere possumus, cum entia prædicamētalia uniuocationem habere nequaquā possint; quia si sic ad unam communem rationem reducerentur; sicque unius essent rationis, ac proinde unius generis ueri, quod est inconueniens, & impossibile (vt bene speculantibus liquet) optimè ergo ait, quòd hæc non est multitudo, ut æquiuocorū; quia hac posita hypotesi prædicamenti unius ratio in habitudine ad alterius rationem nō diceretur; bene ex his cū S. Doctore est concludendum, quòd ens non est uniuocū, nec æquiuocum, sed analogū, & de substantia per prius dicitur, deque accidētibus per posterius, & secundum quid.
Ad quorum etiam euiduntiam est animaduertendum; quòd prędicamentalis
No. 2. entis diuisio sic fit, s. omne ens, uel est in se fixum ens, uel est ens in alio. Si primo sic non dicitur in attributione ad aliud; quia

quia quod est ens in se fixum, est ens irresolubile, cum sit infra seipsum, neq; ad aliquod aliud resoluitur: Si autem est in alio, tale est in attributione ad aliquod fixum, ut sunt accidentia, quæ nō sunt entia, sed entis entia, i. quatenus, aut mensuræ, aut dispositiones sunt entis fixi: ex quibus liquet idē non æque unumquodque eorum rapræsentare. Sed semper cum ordine unius ad alterum, quæ conditio, neque uniuocorum, neque æquiuocorum, sed analogorum extat. His tamen non obstantibus, aliquos minus sapienter respondere scio, quam deberent, distinctionem de multitudine quandam adducentes, s. quòd duplex est multitudo, quarum una est æquiuocorum, altera est suppositorum, & talis est uniuocorum; & sic desumitur hoc in loco. At profectò isti propriā uocem ignorant, hanc, s. ponentes in ente multitudinem cum expresse sententia sit Ar. ens scilicet, predicamentale non uno modo de singulis Cathegorijs dici; *Satisfactio dubij quorūdam.* *Impugnatio eorum.*

sed

ſed multipliciter adducens exemplum de ſalubre, quod exemplum ſuppoſitorum multitudini nequaquam accommodari poteſt. Qua in re, ſi eorum clarus extitiſſet intuitus, utique uidiſſent; quod vniuocum reale eſt illud, quod cõparatum ſuis vniuocatis in quantum res ſunt, participatur ab illis ſecundun eadem rationem æquè repreſentantẽ unũ quodq; eorum & ſine ordine vnius ad alterum; ut comparantur eius uniuoco, quod vere euenit ſuppoſitorum multitudini, nõ autem Analogatorum; quia prior ad vnum non eſt: Sed vnum ideſt vna ratio formalis æquè vnum quodque eorum repræſentans atteſtante Porphyrio, plures homines ſunt vnus homo: ſed ſecunda non vnum; ſed ad unũ eſt; vt iam ſuperius declaratum fuit: Sed ad inſtituta noſtra redeuntes, dicimus, quod poſt allatam concluſionem S. Th. tria nobis præſtat primo oſtendit ſubſtãtiarum ſimplicium eſſentias nobiliores eſſenijs compoſitarum ſubſtantiarum

Quid agat S. D. in hoc capite.

eſſe,

esse, ac natura notiores, secundo quæstio nem substantiarum compositarum essen tiarum simplicem explicat: tertio tacitæ cuidam obiectioni occurrit. Sed ex S. Doctoris uerbis, dubium insurgere pōt. Quomodo verum sit, quod essentia uere. & proprie reperiatur in substantijs, in accidentibus quodammodo, & secundum quid. Quia quæcunq; habent esse absolutū, hēnt essentiā absolutā. Aliqua accidentia hēnt esse absolutū ergo & essentiā absolutā. Maior est S. Doc. minor probať de quantitate, & qualitate ex cō muni Doctrina Phylosophorum Cui ēt faciliter occurri potest, inquiendo, quod vnum ab altero dependere tripliciter cō tingit vno modo sicut a causa efficiente secūdo modo sicut a subiecto, tertio modo sicut ab obiecto: Si primo modo in telligatur, omnia citra Deum habent essentiam dependentē: Solus enim Deus habet independentiam in esse, & absolute essentiam: Hinc magnus Orpheus de Deo sic cecinit, cuncta fouens, atq; ip-

Dubiū.

Satisfa-ctio.

Vide Eusebium Pamphil. lib. 11. c. 7 & cap. 11.

ipse ferens supra omnia sese: secundo omnia accidentia habent essentias dependentes, quandoquidem solę substantiæ hoc sibi tanquam potissimum vindicare videntur: vt constat ex Ar. in prædicamentis capitulo de substatia. loquẽdo semper de substantia completa, excludendo partes essentiales, quæcunq; sint illæ: tertio modo omnia prædicamẽta citra substantiam, quantitatem, & qualitatem habent essentias ab eorum obiectis dependentes. Qua de re illa duo priora prędicamenta habent essentias dependentes quantum ad substantiam; non autem quantum ad obiecta: & hac ratione duo priora asserunt Peripatetici esse absoluta.

Substantiarum vero quædam sunt simplices, & quædam compositæ, & in vtrisque est essentia, sed in simplicibus veriori, & nobiliori modo, secundum ẽt ꝙ habent esse nobilius: sunt etiã causę eorum, quæ cõposita sunt ad minus substantia prima, & simplex, quæ est Deus.

Hæc

Hæc est prima, & principalis pars in hoc præsenti Capitulo intenta, in qua S. Doctor ordinem circa essentias substantiarum habendum ostendit: at quoniam in proposito duplex ordo potest inueniri: dignitatis, seu naturæ: & cognitionis respectu non cuiuscunque intellectus, sed nostri, Ideo duas in proposito conclusiones ponit his ambobus ordinibus correspondentes; quarũ prima priori corrispondet, secund aposteriori: & est huiusmodi, essentiæ Substantiarum simplicium sunt nobiliores, naturaq; notiores essentijs substantiarum compositarum: & hãc scilicet conclusionem hac vnica comprobat ratione. Vna quæque substantia sicut se habet ad esse, ita ad essentiã: At substantiæ simplices habent nobilius esse substantijs compositis ergo & nobiliorem essentiam: maior probatur his verbis, quæ quamuis hoc in loco non sint S. Th. est tamen doctrina eius pluribus in locis (vt uidebimus infra) nempe quòd esse se habet ad essentiam,

expositio

In rebus duplex. est ord

1. concl.

Ratio S. Tho.

Vt de Ente. pamph. c. 10. de verbo f. 11. tiam, ſicuti actus ad potentiam. Minor probatur à S.Th.per hæc uerba, (ſunt, & cauſæ eſſe aliorum) ut cætera, quæ in forma ſic redigi poſſunt: cauſa æqui uoca uniuerſalis efficiens habet nobilius eſſe cauſato, ergo, & eſſentiam, & talis eſt ſubſtantia ſimplex. ergo, & probatur, quoniam in latitudine ſubſtantiarum ſimplicium reperitur ad minus vna ſubſtantia, quę ſimplex Actus eſt, quæ eſt Deus benedictus in ſecula: & iſta eſt cauſa, finis, & principium omniũ: Vnde de ea ille magnus Orpheus mirabiliter eſt orſus, inquiens.

Orpheus

Tu habes mundi terminos vniuerſi.
Tibi curę eſt principium, & finis.
Per te vireſcunt omnia.

Tu ſpheram tutam Cythara reſonãti contemperans, hæc ille, & Dominus ſubtilliſſimus, ac virtute præditiſſimus Boetius de conſolatione Phyloſophica lib. 3. Metro.nono ait, ò qui perpetua mundum ratione gubernas, terrarum Cęliq; ſator, qui tempus ab tuo, & cetera.

Boetius lib. 3.

tera. Et Ar. in libris de Cœlo, & mundo ait, omnia ab ipso dependere, & secundum viuere, & secundum esse, alia quidē limpidius, alia vero offuscatius: 12. Diuinorum ait, ab ipso nanque Cœlum, & naturã de pendere, & ipsum esse finē omnium:. Verum, itaq; est, quod in latitudine talium substantiarum simplicium reperitur una substantia, quæ est causa omnium substantiarum ac essentiarum substantiarum compositarũ: & hæc erit summa omnium perfectorũ perfectio, cuius intelligere, & velle est eius esse, & esse est eius natura, & natura eius est idemmet Deus, qui est unus princeps, & vnum principium, ad quod omnia reducuntur. In super, est actus purus, totus, simul simplicissimus, & omnipotens; cui non est neeesse extensiue, ac per durationem operari, & per consequens nec in tempore, nec per motum: a quo cuncta non ex potentia materiæ, sed ex nihilo sunt condita: Propterea principium rerum omnium, & finis appella-

1. de Cœlo, & mũdi

pellatur. Vnde ait Orpheus principiũ atque ortus rerum uis una: Deusque v-nus, & omnipotens, & cętera. Consequentia adeo clara est ut probatione non egeat.

Sed quia illarum substantiarum essentiæ sunt nobis magis occultæ. Ideo ab essentijs compositorum incipiendũ est, vt a facilioribus conuenientior fiat disciplina.

Exposi- tio S. T. 2. Con. S. Th. Hoc in loco S. Thom. secundam statuit conclusionem, quę est talis idest, essentiæ substantiarum compositarũ prius ab humano intellectu pro hoc statu debent considerari: & probatur. Omnis disciplina, doctrina, & Methodus debent incipere a notiorib. nobis: sed essentiæ substantiarum compositarum sunt huiusmodi, ergo Maior est uera per superiora dicta. Minor est notissima in uia, & doctrina Peripatetica; nihilominus ad vlteriorem doctrinam notanda sunt ea, quæ Arist. 2. Diuinorum prope principium dixit, scilicet, (quod sicut nitico

Vide Georgium Tupelun tium de Doc. Ar. 1. primo li. aduersus Platonem.

ra

ra cum oculi ad lucem diei se habent; sic animæ nostræ intellectus ad ea, quę sunt omnium manifestissima) s. ut sunt substantiæ separatæ, q̃ de se sunt notissimæ; attamen absconditæ ab humano intellectu nostro, ueluti obiecta transcẽdentia intellectum nostrum, coniunctũ, & vnitum corpori; secundo etiam de anima tex. 72. ĩquit, ꝙ sicut visibilitas est passio luciditatis, & coloris, ita ĩtelligibilitas est passio immaterialitatis: Qua ĩ re vbi saluatur ratio vehementioris lucis, ibi erit & maior visibilitas, ita eadem ratione, vbi saluatur ratio maioris immaterialitatis, ibi erit maior intellectualitas; & vt inferius videbitur in substantijs abstractis omnino immaterialitas reperitur; Qua in re in illis erit summè intelligibilitas: At quoniam (vt superius iam diximus) intellectus noster est potentia veluti passiua, quæ magis est in moueri, quam mouere, intelligendo semper antequam factus sit in actu; & ideo egre eas cognoscit quia moti-

Vide S. Thom. sup. Boetium li. 3. de cõs. phy.

D uum

uum, & motum inter se debent esse pro portionata: cum itaque sit in rerum natura aliquod mouens humani intellectus ratione nimium motionem actiuã habẽs; ob id huiusmodi intellectus deficit a natura motionis passiuæ, hincq; intelligendi difficultas tũc ꝓficiscitur ex parte mẽtis nostræ: aliquando ex parte obiecti prouenit: cũ tale deficit a natura motionis actiue: Vnde aliqua reperiuntur obiecta, quę habent actiuã motionẽ in potentia, & talia indigent alio. s.ut de motricibus, seu motiuis in potẽtia reddanẽ motiua in actu: ut sunt quidditates materiales mouentes intellectũ nostrum per lumen intellectus agentis: Et quia talia mouentia respectu superiorũ se hẽnt sicut imperfectũ ad perfectũ; hincq; fit, ꝙ ab illis quidditatibus intellectioni nostræ accomodatis incipiat S. Tho.
Not. 2. Secundum notandum est, quod de separatis quidditatibus, seu essentijs pro præsenti statu, quo ad quod quid est, haud cognoscere ualemus: Cum

Cũ omnis nostra cognitio ortum ducat a sensu:istæ uero cũ non cadant sub sensu,bene sequitur,q̄d eas scire nequeamus nisi per quosdam effectus earum, qui quamuis ad modum sint indeficientes;nihilominus quoquo pacto eas ostẽdunt nempe quia sunt: aliter tamen de humano intellectu separato dicendum esset, cui quemadmodum nouus modus essendi tũc cõpetit, eidẽ necesse est;ut nou⁹ mod⁹ intelligendi insit; Q̄d Ari. naturæ acerrimus ĩdagator intuẽs in nono Diuinorũ tex.ultimo hanc per pulchram intulit suis sectatoribus sententiam, s.i ignorantiam quam hic de separatis Substantijs habemus non est sicut Cæcitas,& vt cuncta Ar.uerba a nobis in medium proferantur, sic ait (vere intelligere falsum non est; nec deceptio; sed ignorantia nõ qualis cęcitas) quo in loco nititur ostendere, quod in illis uerum est ex hoc ; quia intelliguntur, falsum vero, & deceptio nõ est ibi; sed ignorantia, non tamen ista est sicu-

Vide Arist. 3.de anima tex. 20.
Arist. 9. Mat. tex. vlt

Dubium ti cæcitas:quia quamuis non percipiantur a nobis in hoc statu mortali, possumus tamen eas intelligere in statu alio; Qua in re hæc ignorantia nos priuat,nõ potentia, sed actu intelligendi,sed dubium aliud oriri potest.dixit S.Th. qđ in qualibet scientia inchoandum est a notioribus nobis; ut occultiora naturę rimemur:sed essentiæ accidentium notiores sunt nobis essentijs substantiarũ compositarum ergo ab illis debebat incipere.Maior est S. Th. Minor probat) intellectui cuius cognitio ortum habet a sensu, occurrit primo illud, quod est per se sensibile; sed intellect⁹ noster est huiusmodi, ut patet primo posteriorũ: ergo illi occurit,quod est per se sensibile:at tale est accidens, ergo ab illo erat inchoandum. Maior est vera; quia nulla alia ratione nostra cognitio incipit a sensu; nisi quia primo intelligimus, qđ est appræhensum a sensu:sed contra est

Arist.7. Met. Arist.7.Diuinorum. tex. 4. quo in loco ait,substantia est omnium primum tem-

po-

pore,ratione:& natura,& notitia. Quæ omnia ex se clara sunt: satisfacientes uero oppositæ obiectioni, notificare oportebit,quomodo nostra cognitio ortum habeat a sensu quibus dilucidatis ex se erit absoluta obiectio in oppositum facta:Qua in re sciendum est in diffinitione accidentis,est semper substantia ueluti subiectum ; attamen in diffinitione substantię non assumitur id,quod est extra naturam suam: vt eo loco attestatur Aueroes: ex quibus colligitur, quod substantia quoad prædicata communia a quibus trahitur cognitio confusa, prior apprehendatur ab intellectu nostro quam accidens: Propterea inquiebat Arist.quod diffinitio accidentis supponit diffinitionem substantiæ: & non e conuerso: Et per consequens, quod in intellectu nostro conceptus accidentis supponat conceptum substantię: & quando dixerat Arist. quod cognitio nostra ortum habet a sensu:sic intelligendus est: nempe quod res sensi- *Sensus Arist.*

bilis particularis eius similitudinem in sensu exteriori causat, & per illum causatur phantasma in phantasia, quod est repræsentatiuũ accidentis concreti, & est accidens: Vnde tale phantasma, simul cum intellectu agentis speciem intelligibilem in intellectu possibili causat per quam quidditas substantiæ percipitur, & per hoc dixerat Arist. quod cognitio nostra ortum habet a sensu, quatenus phantasma, quod est accidẽs vna cum intellectu agente causat intelligibilem spetiem, per quam ipsum qđ quid est notificatur: hincque habetur falsitas maioris propositionis, vnaque cum probatione Hernei quolibero tertio ubi arbitratur, quod per dicta superiora Ar. cõceptus accidentis prior cognoscaĩ cõceptu substãtię, ꝙ tñ intelligebat Ar. non qđ primo intelligaĩ causatiuum phantasmatis, Sed id, quod sibi primo præsentabatur per spetiem intelligibilem abstractam a phantasmate, quod nil aliud, nisi ipsum quod quid

Resp. ad obiectionem.

est

est substātiæ, ex quibus colligitur, quod ad hæc indaganda optimum ordinem seruauerit S. Doctor.

In substantijs igitur compositis forma, & materia notæ sunt, ut in homine anima, & corpus, nō autem potest dici, quod alterum eorum tantum essentia dicatur. Quod enim materia sola non sit essentia planum est; quia per suā essentiam cognoscibilis est cognitionis principium nec secundum eam aliquid ad speciem, uel ad genus determinatur; sed secundum id solum, quo in actu aliquid est.

expositio

Hæc est secunda pars huius capitis, in qua eius prosequitur institutum indagando uidelicet quid sint substantiarum essētiæ: & quoniam eius moris est, uti boni Peripatetici opiniones eius doctrinæ extraneas tollere, uerasque statuere: Ob id ad talia antequam simplicem quęstionem essentię persoluat, incumbit: & primo duas extraneas opiniones confutat, quarum una est Priscorum Philosopho-

Quā ingeniose ī cūctis eius operibus processit S. Doctor.

rum. altera vero est Platonicorum: tertia quę est uera, est S. Doctoris, ex quibus colligitur, quòd hæc secunda pars principalis in tres partes secatur sciendum itaque est, & colligitur ex Aristote. 2. phisicor.tex.22.ubi innuit, Priscos philosophos, præter materiale (ui naturali) principium, nil cognouisse; Immo, ut idē S. Doctor attestatur, 2. phisicorum ipsos agentes de principio formali nullum discrimen posuisse inter formas naturales, & artificiales: Quapropter Heraclitus Pō ticus principium formale statuit lucem: Heraclitus physicus scintillā stellaris essē tiæ: Zenon concretum corpori uentum: Democritum spiritum insertum athomis: Empedocles ex omnibus elemētis mixtū: Motiuum illorum philosophorum erat tale; quidditas uniuscuiusque rei nil aliud est, quàm substantia rei; Sed substantia est illud, quòd perpetuo manet, quocunque accidente corrupto: At tale est materiale principium, ergo maior est clara; minorē subsumptam probabat Antiphon

Arist. 1. phy. tex. 21. idem S. Tho.

Ratio illorū philosophor.

exe-

exemplo ligni madefacti; quo destructo, & corrupto, non remanebat figura arboris; sed lignum, in cuius postea perhennitatis uirtute consimilis resultabat forma: Sicque uiri isti dicebant, totam rei naturalis essentiam esse materiam; contra quos in proposito est S. Thom. oppositum probare nitens, unãq; conclusionem statuẽs; scilicet materia non potest dici per se rei naturalis essentia; sed antequam hoc cõprobet, premittit in substantiis compositis reperiri materiam, & formam: Vt v. g. in homine anima, & corpus repe riuntur, & probat, quòd neutrum horũ per se essẽtia potest dici; & primo tali pacto, & idem seruit etiam nobis pro probatione cõclusionis: Illud est per se essentia rei, per qđ res fit cognoscibilis, & in genere, & specie collocatur; sed per materiam res non fit cognoscibilis, neque per ipsam in genere, & specie collocatur ergo, Materia nõ est per se essẽtia rei naturalis: maior duas sibi partes uendicat, quarũ una, ut minus nota ab auctore probatur, altera uerò pre

Cõtra Priscos. San: Thom:

Ratio S. Thom:

sup-

ſupponitur,ut notior: Vnumquodque eſt in genere,uel in ſpecie,per id,quod eſt in actu; At talis eſt eſſentia,quæ ab Ariſtot. multis in locis appellatur actus totius; ut uidere licet in 7.Meta.& in 2.phyſic. prima uerò pars,quæ uerior, & notior uidebatur,ſic poteſt probari: Vnumquodque perfectè cognoſcitur, quando exactè intelligitur; ſed intellectus obiectum eſt eſſentia, ſeu quidditas rei materialis, ergo uerum eſt,quod illud, per quod res eſt cognoſcibilis,eſt eſſentia rei; minor uerò ſillogiſmi principalis probatur quò ad utrãque partem;& primo quò ad primam, ſic

Probatio minoris.

ait,S.Thom.Materia non eſt cognitionis principium,ergo per eam res non cognoſcitur;antecedens non probat auctor; q̃a a bene ſpeculantibus, præſupponitur, & ex Ariſt.doctrina habita primo phyſicorum.colligitur inquientis,materiam de ſe eſſe puram potentiam;ſed id,quod de ſe eſt pura potentia,eſt indeterminatum & infinitum; ergo materia de ſe eſt indeterminata,& infinita; at id, quod eſt infini-

tum

inquantum huiusmodi est ignotum:ergo materia de se est ignota;totus iste processus colligitur ex Arist. 1.physico.tex. 18. & 3.physi.tex. 15. contra Anaxagoram; ex his etiam soluitur antiquorum argumentum, præsupponentes unum falsum, ponendo materiam esse corpus, cum dicat Arist. 7. Diuinorum tex. 8. (dico autẽ materiam quæ secundum se, nec quid, nec quantitas, nec aliquid aliud eorum dicitur:) Vndè, de eius ratione est, quod sit in potentia ad actum: At id quod est in potentia ad aliud de se non est illud; alioquin idẽ ad seipsum esset in potẽtia: Cum itaq; materia ex se, nõ sit in actu; malè ergo posuerunt tale principium ex se in actu constitutum: fortiùs etiam esset contrà illos argumẽtum, ex his quæ habẽtur tertio de anima tex. 4. omne recipiens dẽt esse denudatũ à natura recepti: Sed materia recepit actũ ergo ex se caret oĩ actu; neq; uerũ est id, ꝙ semper remanet, est ꝙ quid est tantum, vt patet in proposito materię cui perennitas il-
Solutio Arist. antiquorũ.
Argumẽtum contra antiquos.
la

la non inest propter aliquam sibi insitã virtutem; sed per aliquam simplicem negationem corruptionis, quod dandum potius est imperfectioni, quam perfectioni. Vndè eius incorruptibilitas in ea nullam inducit perfectionem; immo infrà omnia se esse designat Qua in re bene dixit Arist. 10. diuinorum materiam negatione cognosci: & à Platone in Timeo appellatur exemplar Diuinitatis expers, quod falsum esset, si esset corpus: quia si sic etiã formam haberet, & non esset primum subiectum nil ualens efficere; vt eo loco dixit Plato. Altera vero pars minoris probatur ab auctore, quæ facit etiam pro maiore quo ad secundam partem. Vnum quodque collocatur in genere, vel in specie per aliquem actum; At materia ex se caret omni actu, ergo ipsa nõ est id, per quod aliquod collocatur in genere, vel in specie. Maior est Arist. 8. Met. tex. 8. formã esse quod quid erat esse speciei. i. quod genus, & species sunt specialiter, quid ꝑ
ip-

ipſam formam; cum utrumque dicat aliquem actum; genus interminatum; ſpecies uerò terminatum: Minor inferius probabitur;ſed pro nunc accipe,ꝙ quamuis materia ſit ens reale, nõ poteſt dici,quod habeat aliquem actum; quoniam.l.ens non ſumitur participaliter; ſed ut ſit idem ens, quod habens eſſentiam in ordine ad formam;Cætera uerò inferius explanabuntur. Not.

Neque etiam forma tantum ſubſtantiæ compoſitæ,eſſentia dici poteſt, quãuis quidam hoc aſſerere conetur, ex his enimque dicta ſunt patet, ꝙ eſſentia eſt id,quod per diffinitionem ſignificatur; diffinitio autem ſubſtantiarum naturalium,non tantum formam; ſed & materiam continet.Aliter enim diffinitiones naturales,& Mathematicæ nõ differrẽt; nec poteſt etiam dici, quòd materia in diffinitione ſubſtãtię naturalis ponatur, ſicut additum eſſentiæ eius, uel ens extra illam naturam; quia hic modus proprius eſt accidentibus, quæ eſſentiã per-

fe-

secte non habent; Vnde oportet, quòd in diffinitione sua, substantiam, uel subiectum recipiant, quod est extra genus eorum.. Patet ergo, quòd essentia cōpræhendit materiam, & formam.

Exposit. Altera extrema opin. est Platonis, teste Diuo Augustino lib. 19. de Ciuitate *S. Aug.* Dei capit. 3. ponentis animam rationalem esse totam essentiam hominis; po- *Auerr.* stremus uerò fuit Auerroes Cordubensis, qui 7. Metaph. tex. 34. in cōmento, & alijs pluribus in locis, eandem assecutus est sentiam, inquiens formam esse totam quidditatem rei naturalis, materiam vero pertinere ad indiuiduum, nō ad essentiam, vt partem: Cui adessit Ma- *Magnus Albertus* gnus Albertus in secundo physicorum super textum. 28. eandem sententiam tradidit 7. Mett. tex. j. Verba vero Auerrois sunt hæc habita 7. Mett. com. 21. *Quæstio magna inter Aue: & S. Tho.* quidditas enim hominis uno modo, est homo, & alio mō nō est homo; homo q̄ est forma hominis; non est autē homo, qui est congregatus ex materia, & forma;

ma: Aliqui etiam Iesuitarum huic opinioni subscribunt: imo huius sententiæ Arist. met. fuisse prædicant: hocque ex multis locis carpiunt: sed præsertim in 8. Mett. tex. 12. vbi inquit phy. (si quis interrogat quid sit materia hominis respondere debemus, quod est menstruũ: si quid mouens, dicatis, Semen, si sit forma, respondendum est, ipsum qđ quid erat rei.) Itidemque 2. physicorum tex. 28. omnes partes diffinitionis pertinent ad causam formalem: vnum verum tamen fortius est illorum quibuscunque argumentum videlicet; illud, quod obstat, quominus in rebus materialibus quidditas sit idem cum habenti quidditatem, non potest esse pars quidditatis, at tale est materia scđm Ar. 3. de anima tex. 9. & in 7. Mett. tex. 4. vt patet in commentarijs eiusdem S. Th. ergo Aduersus opinionem istam est S. Doctor cum suis discipulis, & subtilis Doctor cum eius schola; & hoc habetur expresse in his verbis; (sed neq; forma tantũ: sed

S. Tho. & Scotus pro contraria opinione.

ſed ſubſtantia compoſita, & cętera, eſt ipſa rei quidditas.) Vnde ponit talem concluſionem aduerſus iſtos. Forma tā tum non poteſt eſſe tota quidditas ſummendo nomen quidditatis, non modo pro eo quod pertinet ad integritatem ſubſtantiæ, & naturæ ipſius compoſiti excludendo accidentia: ſed etiam pro eo, quod eſt diffinitiuum; intelligibile, determinatiuum, & perfectiuum: Præſentem concluſionem probat ſic S.Th. diffinitio explicat quidditatem rei: Sed materia eſt pars diffinitionis rei naturalis; ergo eſt pars quidditatis: Maior pat. minor probatur a S. Thom. in hoc differt Matthematicus à phyſio.nā diffinitio Matthematica tantum formam continet; phyſica vero ambas ſimul: & hæc expreſsè habetur ab Ar.2.phyſicorum & 7. Mett. tex. 39. quo in loco iunioré ſocratem increpat tenentē animal poſſe diffiniri ſine materia ueluti circulum ſine ære; Nec non 8.Mett.Ariſt.eas diffinitiones naturales commendat; quæ tū

S. Tho. aduerſus Auerroë.

Rat. S. Tho. vna cum probatione.

Ariſt. 2. phyſ. 7 Mett. & multis alijs locis.

ma-

materiam:tumque formam amplectuntur: sed Aueroistæ ex Aueroe respondent,uerum esse, materiam in diffinitionibus poni, sed non, vt partem quidditatis;sed ut subiectum, ac uehiculum eius; sed hanc responsionem admodum incomptam censet S.Tho. & sectatores eiusdem hoc in loco inquiens per hanc responsionem sequi; scilicet eiusdẽ conditionis esse partes substantiarũ & substantias cõpletas; quia ẽt partes substantiæ ꝑ additum sui generis diffiniunt;ut patet in diffinitione animæ in scđo de anima, & ĩ aliis cõsimilib. diffinitionib: Quare & cętera. Ad doctrinam itaque tomisticam redeuntes : Pro obiectorũ solutionibus, animaduersione dignum est, quod Ar. nono ethicorũ inquit, qđ res dicitur esse,quod est principale in ipsa, cum igitur in essentia rei naturalis sit principalis forma, ut habetur ex Ar. secundo physicorum recte essentia potest dici forma,& sic reconciliandi sunt loci Ar,& tũc magis sermo fit de appel-

Respon. Aueroistorum ad hæc.

Contra eorum responsum est ratio. opt. S. T.

Not.

Resp. ad obiecta. Arist. 2. phys.

 latio-

lationibus; quam de diffinitionibus, vt patet in loco preallegato octaui Mett. vbi appellat illud, quod est materiale materiam, & sic de singulis: Neque credendum est tantum phylosophum per hec uerba se retractasse: quemadmodũ fecit Auerroes primo Metthaphysicorũ com. 9. quo in loco inquit species, quæ vere dicuntur, sunt illud, quod congregat ex forma vniuersali & materia. v. g. species hominis non est forma eius tm̃, secundum quod intendebat Plato, sed congregatum ex materia, & forma: horum uero si meminisset de facili sententiam non mutasset; sed neque Magni Alberti hoc in loco uerba multi facienda sunt, cum potius de aliorum mentibus, quam de eius propria, locutus sit; immo arbitror alterius extitisse opinionis; vt est uidere in Aureo illo opere eius Theologiæ compendio ca. 60. quo in loco aiebat, quandam esse creaturã pure spiritualem, quandam uere pure corporalem, quandam uero mixtam. s.

Auerr. 9' Diminor. cõtra Platonem.

Responsio ad alber. Magnũ.

par-

partim spiritualem, & partim corporalem; quod non dixisset; nisi etiam materiam partem hominis essentiæ censuisset; in eodem adhuc opere cap. 13. dixit humanitatem esse essentiam hominis. s. formã totius; quæ vtrunque amplectitur, alia loca non adducam, ne molestiam lectori afferam: superest ergo ut nec etiam mouearis per dictum Arist. 2. physicorum quia iã Reuerendissimus Egidius Romanus in eodem loco peroptime satisfecit, inquiens, quod nunquam materia, secundum se accepta rei naturalis diffinitionem ingreditur; sed competit illi huiusmodi ingressus, quatenus habet ordinẽ ad formam: hincque iure merito diffinitionis partes aiebat esse formales; Aliter etiam potest responderi, & melius, materiam communem in ordine ad materiam signatam se habere, sicut prædicatum ad eius subiectum, & omne prædicatum in ordine ad subiectum habet rationem formalem; ut corpus ad hoc

Egidius Romanus.

Vide socinatem 2. sententiarum q. 3. in resp. ad Durandum.

corpus est ueluti quodam formale ad materiale, iuxta dictum Ar. in primo de cęlo,& mundo, qui dicit cęlum, & caete

Correlatiuum. ra. Communem dicit formam; qui uero dicit hoc cęlum particulare dicit materiam: Ex quibus colligitur apertè, qđ materia communis inducit rationem formæ in quantum est communis,& uniuersalis respectu penes quem habet ad formā substantialem: ad Iesuitarum rationem dicimus quod intelligunt de materia signata; non autem communi, ut patet ex Doc. S. Tho.& argumentum non est contra nos.

Non etiam dici potest, quod essentia significet relationem, quæ est inter materiam,& formam, uel aliquid superadditum illis; quia hoc de necessitate esset accidens extraneum à re; nec per eam res cognosceretur, quæ omnia, essentiæ conueniunt. Per formam enim quæ est actus materiæ: materia efficitens actu, & hoc aliquid. Vnde illud quod superaduenit, non dat esse actu simpliciter materiæ,

riæ, ſed eſſe actu tale, ſicut accidentia faciunt; ut albedo, facit actum album; Vnde quando talis forma acquiritur nõ dicitur generari ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Hec eſt tertia pars huius ſecundæ partis, in qua auctor oſtendit quod neque poteſt dici, quod eſſentia ſignificet relationem, quæ eſt inter materiam, & formam, uel aliquod ſuperadditum illis; ita quod hanc opinionem reſpuit, unamque in eos intentam concluſionem ponens: quæ talis eſt: Neque relatio, neque ſuperadditum his. i. ſubſtantiæ compoſitę eſt eſſentia. Probat autem S. Thom. tali ratione: illud, quod eſt accidens rei, & extraneum à re, non poteſt eſſe principium cognoſcendi rem; ſed relatio illa, & illud ſuperadditum rei eſt accidens rei, & extraneum à re ergo non erit principium cognoſcendi, & per conſequens non erit eſſentia; Cum hæc talis ſit principium cognoſcendi rem: Quod vero relatio ſit accidens, & extraneum à re, ex *expoſitio* *Con. S. Tho.* *probatio S. Tho.*

Arist. prędicamentis patet; pro quorum notitia est animaduertendū, quod inter materiam, & formam duplex relatio reperitur, & ad duo refferi possunt; primo ad compositum; quia non esset relatio inter materiam, & formam; nisi præsupponeretur actio resultantis compositum; sicque compositum prius natura præcedit talem relationem, secunda relatio est in illis, quatenus refferuntur ad primum efficiens, & quamuis hæc realiter, ad illud refferantur, quatenus creata sunt: tamen ne in primo efficiente aliquod de nouo ponatur; ad hæc tantum secundum rationis relationem reffertur. Relatio vero secunda, quæ uere inest saltem natura materiæ, antequam ad formam habitudinem habeat, dicitur actus; sed non entitatiuus: aut physicus: sed Methaphysicus: Prima uero relatio vere est accidens, cuius subiectum est ipsum compositum, vt quo fundamentum, vt quod est actio resultationis vnius toti⁹ ex his; prima est extranea à re, secunda est intimior

Not.

Vide Ar. Quinto Diuinorum de relatione tertij modi. Optima speculatio.

mior rei, quam resmetipsa, vt conseruatiuum quoddam rei: secunda particula erat, quod superadditum materiæ, & formę non sit essentia, & probatur. Illud dicitur extraneum a re, ex quo non resultat aliquod simpliciter; sed ex tali superaddito non resultat aliquid simpliciter in natura ergo est extraneum a re; Maior est vera; quia ex principijs intrinsecis; ipsum quod quid est constituitur: Minor etiam patet; quia aduenit substantiæ iam existenti in actu: Qua in re non fit vnum simpliciter: Sed illud animaduersione dignum est censendum, quod dixit Arist. 5. physicorum cap. 1. quo in loco affirmat generationē non esse motum; quia generationis subiectum est ens in potentia: motus uero subiectum est ens in actu: Quapropter quando aduenit forma enti in potentia dat rei esse substantiale, & simpliciter, quando vero aduenit rei iam existenti in actu, dat ei esse non simpliciter; sed secundū quid; ut ipsemet Arist. attestatur primo phy. *Nota.* *Arist. 5.* *Hoc est fundamētum qd non dantur plures formæ substantiales in cō posito.*

physi. aduersus antiquos, qui propter hunc errorem, omnino a rebus generationem abstulerunt: Vnde in primo de generatione habetur, quod generatio est mutatio totius in totum, nullo subiecto remanente sensibile, & octauo Diuinorum tex. 15. habetur, quod ex duob. entibus in actu non fit unũ simpliciter; sed unum tale, patet itaque, quod forma accidentalis, & subiectum, non faciunt vnum: sed semper manent duo, quod è regione dicendum est de forma substantiali, & materia; ex quibus resultat simpliciter vnum.

Arist. 8. Meth. tex. 15.

Relinquitur igitur, quod nomen essentię in substantijs compositis, significat illud, quod est ex materia, & forma compositũ, huic positioni consonat uerbum Boerij in commento prædicamentorum ubi dicit, quod Vsia significat cõpositum: Vsia enim apud Græcos idem est, quod essentia apud nos, ut ipsemet in libro de duabus naturis fatetur: Auicenas autem dicit, quod quidditas substan-

5. Mett. cap. 4.

ſtantiarum compoſitarum eſt ipſa compoſitio formæ, & materiæ, Commentator autem dicit ſupra ſeptimo Mett. natura, quæ habet ſpecies in rebus generabilibus, eſt aliquid medium. i. compoſitum ex materia, & forma; huic etiam ratio concordat; quia eſſe ſubſtantiæ compoſitæ non eſt tantum formæ, nec tantũ materiæ; ſed ipſius cõpoſiti & eſſentia, quia res denominatur ens non tantum eſt forma, nec tantum materia; ſed utrũque quamuis huiuſmodi eſſe, ſiue eſſentiæ ſola forma ſuo modo ſit cauſa. Sicut. n. in alijs videmus, quæ ex pluribus principijs conſtituuntur, quod res non denominatur ex altero illorum principiorum tantum: ſed ab eo, quod utrũq; cõplectitur; ut patet in ſaporibus; quia ex actione calidi digerentis humidum, cauſatur dulcedo: & quamuis hoc modo calor ſit cauſa dulcedinis, non tamẽ denominatur corpus dulce a calore. Sed a ſapore, qui calidum, & humidum complectitur. Com. 17.

Hæc

Hęc est quarta pars huius secundæ partis secundi capitis, in qua S. Thom. intentam iam statuit cõclusionem, nẽpè compositum, quod ex compositione illarum supranominatarum partium résultat, est ipsa quidditas rei naturalis: Præsens iam cõclusio ex supradictis patet: Potest etiam a sufficienti diuisione sic argumentari. Essentia rei naturalis aut est materia, aut forma, aut relatio, aut his superadditũ, vel ipsummet cõpositum, quod ex talium partium compositione resultat; sed nullum eorum ex quatuor, vti sufficiẽter probatum est, ergo est ipsum cõpositum ex partium cõpositione resultãs, & cõfirmatur authoritate Boetij in loco supranominato, vbi ait; quòd vsia, nempe essentia apud nos denotat compositũ: quòd verò vsia significet essentiam iam ab eodẽ liquet in libro de duabus naturis, & vna perso na Christi: corroborat autẽ præsens dictum authoritate Auicenæ, inquiẽtis; ꝙ quidditas substãtiarum compositarum

Expositio.

Con. S. Th. vera intenta hoc cap.

Probatio cõis.

est

est ipsa cōpositio, nempe quæ resultat ex partium compositione materiæ,& formæ, quibus adhęsit ipsemet Aueroes in 7. Metaphisicorum tex. com. 27. His tamen non obstantibus, hāc eius veram sententiam corroborat tali argumēto. Sicut se habet esse ad substantiam compositam; ita se habet esséntia; sed esse substantiæ compositæ nō est formæ solum; nec materiæ solum; sed ipsi composito tantum, ergo similiter ipsa essentia est ipsum compositum. Maior patet ex superioribus dictis, cum essentia det esse rei: Minor etiam probatur cui debetur fieri, ei debetur, & esse; sed cōposito debetur fieri ergo & esse: addit etiam ad euidentiorem doctrinam, quòd quamuis essentia, & esse comprehendat utrunque; nempè materiam, & formam; tamen huiusmodi esse uidetur, ꝙ sit forma causa suo modo cum sit illa, quæ dat esse rei: Nihilominus tale nō debetur nisi cōposito, declaratque hoc dictū, adducēs quoddam exemplū de dulcedine, quæ

ex

ex pluribus constituitur,& non denominatur ab altero principiorũ. solum; sed ab eo,quod vtrunque amplectitur;nempè à sapore,qui humidum,et calorẽ amplectitur; dulcedo.n. causatur à sapore, digerẽti humidum:sed pro horum intelligentia oportebit adnotare, quòd hoc in loco S. Thom. non loquitur de esse existentiæ,de quo inferiùs(Deo approbãte)accurate propter rei difficultatem erit sermo; sed tantum de esse essentiæ, cuius esse etiã materia est causa suo modo;sed quia forma est causa principalis illius esse:ideò dicitur,quòd illa sit causa tantũ modò illius esse; cum tamen ad illud etiam materia concurrat; quia S. Doctor, nõ hac posita veritate dixisset. I.esse utrunque amplecti; ambabusque iuxta earum ordinem conuenire;ut sint rationes essẽdi,& composito competere in tertio modo dicendi per se.

Vide Aris. 8. Metha. tex. 8.

De quo esse loquatur S. Doct.

Sed quia indiuiduationis principiũ est materia,ex hoc fortè videretur seq., quod essentia,quæ materiam complectitur

tur

tur in se simul,& formam sit tantum par ticularis,& nõ vniuersalis;ex quo seque retur uniuersalia diffinitionem non habere, si essentia est id quod per diffinitionem significatur.

Hęc est tertia pars prĩcipalis huius præsẽtis capitis,in qua obiectioni cuidã occurrit, dictum nanque superius est ꝙ essentia includit formam, & materiam; at cum materia sit indiuiduationis principium vt fidem facit Ar.pluribus in locis;sed præsertim quinto diuinorũ tex. 12.ubi inquit;vnum numero, sunt quorum materia est vna,& 7. diuinorũ ait, ĩ tex.28.Calias, & sortes diuersę res sũt propter materiã,& Aueros cap.de somnijs,de somno,& vigilia ait, formæ indiuiduales nõ indiuiduantur;nisi per materiam; stante igitur hac veritate, benè sequeretur particularia tantum diffinitionem habere,& non uniuersalia, cum essentia sit id quod significatur per diffinitionem: soluit autem præsentem dif ficultatẽ per hęc verba,ꝗ subsequuntur.

Expositio.

Arist. 5. 7. Diuinorum. Aueroes de somno & vigilia.

Et

Et ideo sciendum est quod materia non quomodolibet accepta est principium indiuiduationis; sed solū materia signata, & dico materiam signatam, quæ sub certis dimensionibus cōsideratur: hæc autem materia in diffinitione socratis, si socrates diffinitionem haberet; in diffinitione autem hominis ponitur materia non signata; non .n. in diffinitione hominis ponitur hoc os, et hæc caro; sed os, & caro absolutè quæ sunt materia hominis non signata.

Solutio dubij.

Solutio præsentis dubij virtualiter stat in hoc, quòd materia in proposito dupliciter sumitur; signata, & communis; non de prima; sed de secunda habitus est sermo, quæ ad hominis essentiam pertinet; Et per cōsequens ponitur in eius diffinitione; vt ens, & caro sunt de hominis essentia; ac proinde in eius diffinitione ponuntur: non autē hoc os, & hęc caro quæ sunt materia signata (dico autem inquit materiam signatam, quæ sub certis dimentionibus cōsideratur) & in-

Radix max. q̃ de principio indiui.

fra

stra, (& talis non est de essentia hominis; neque de eius diffinitione, sed sortis, & in eius diffinitione poneretur, si diffiniretur) ex quibus duo infert primum, indiuiduum, cũ careat genere, & differentia non diffiniri; loquẽdo de indiuiduo speciei specialissimæ; Alterũ: principia indiuiduantia esse de intrinsica ratione indiuidui, seu suppositi; quemadmodũ, & principia communia sunt de intrinsica ratione speciei; Ex quibus expresse habetur suppositum realiter à natura distingui in materialibus: Sed ad supradictorum animaduersionem tria diligentissime sunt vidẽda, quorum primum tale est. s. quod sicuti reperitur differentia specifica, ex qua vnitas, & distinctio speciei colligitur; ita etiam oportet, quòd reperiatur differentia numerica, à qua sumatur unitas & distinctio numeralis; Et quemadmodũ prima differentia est quoddam distinctiuum; & determinatiuum generis ad certũ gradũ entis; ita differentia numerica est quoddam de-

Not. 1.

Vide Georg. trapeluntium in lib. 1. eius phy. contra Platonẽ.

terminatiuum, & distinctiuum naturæ sprcificæ ad gradum singularitatis: radix vero talis determinationis, & distinctionis est materia, non quomodocunque assumpta: sed signata, neque a nostra opinione scotus se absentat: fatemur etenim, & nos indiuiduationis formale principium esse differentiam numeralem, per quam res matetialis habet quod sit hæc, quã uocat hæcceitatem: sed hoc non est ad propositum, cũ S. Th. hoc in loco non uelit inferre modum, siue rationem, qua natura reuera formaliter sit indiuidua; sed explicare, & exprimere principium indiuiduationis. s. radicem unde sumatur hæc differentia numerica. i. hæcceitas.
Not. 2. Secundũ est notandum, quod in declaratione materiæ signatę, tres generaliter sunt
1. opin glossæ thomistarũ aliqui enim censent
2. opin. materiam signatam, esse materiam cum
3. opin. quantitate actuali: alij vero materiam capacem huius quantitatis, quod non alterius appellant materiam signatam;

non-

nonnulli uero existimant pro materia signata debere intelligi materiam prout est principium, radix,& causa huius quantitatis, adeo quod materia prima.l,communis, & signata realiter non differunt:sed formaliter tantum,quia prima materia in eius prima notione non dignoscitur, ut fundamentum,& radix huius quantitatis,quod non alterius sed in secunda prout est signata; & ut clarius eorum aperiant sententiam diligentissime animaduertunt, materiam duplicem habere rationem, quarum una adest illi:ut sit ratio potentiæ receptiuæ:cum in se omnes formas naturales recipiat; altera est, ut sit radix,& fundamentum quantitatis: sicque appellatur materia signata idest præhabens quantitatem, ad hoc ut saluent, ꝙ in substãtiæ prædicamentorum nullum includatur accidens; ex his colligitur,quod secunda differt a tertia in hoc:quia tertia opinio nullactenus vult appellari materiam signatã,ob id, quod materia hu-

Quomodo inter se differant. ius quantitatis sit capax, quod non alterius; sed dicunt ob id appellari materiam signatam, quatenus.s.est radix, & principium huius quantitatis; hancque *Sōcinas, & Illust. caietan'.* doctrinam docuit soncinas 8. Mett. q. 7. & Illustrissimus Cardinalis Caietanus i. *Rationes eorum.* p.p.q.3.ar.2. in eorum sententiam adducunt ratione. s. quod materia capax huius quantitatis, quod non alterius nihil aliud est: nisi materia in potentia ad quantitatem; & per cōsequens talis potentia est in predicamento quantitatis, cum actus, & potentia debent esse eiusdem generis; vt colligitur nono Mett. sed profecto hæc expositio abest a uia *Cōtra eorum sententiam.* S. D. hoc in loco expresse inquientis (Dico autem materiam signatam, quæ est sub determinatis, & certis dimensionibus) cum ergo eius sententia non possit intelligi de dimensionibus actualibus, cum compositum substantiale fit hoc antequam actualiter sint *Satisfactio obiecti.* accidentia hæc, necesse erit, ut intelligatur pro materia signata; non materia prima a-

ctu

ctu habens quantitatem; sed capax huius quantitatis, quod non alterius: Neq; obiectio superior obstat, quod talis materia esset de genere accidentium, ac proinde in prædicamento quantitatis collocata; cum id debeatur intelligi de actu primario, non autem secundario. i. de eo ad quem simpliciter ordinatur potentia; & iste est forma substantialis, ex quibus pulcherrimum sequitur Corrolarium, nempe, quod quamuis ante illum primum essendi actum substantialem, quē materia recepit nulla præintelligatur dispositio intrinseca in materia ad alium priorem se, & ob id dicatur primarius: Præsupponitur tamen necessario dispositio quædam extrinseca alterationis in materia ab agente, per quem determinatur ad hanc quantitatē nostro & non ad aliam: & hoc fit appropriando materiam ad hanc quantitatē reddendo illam capacem huius quantitatis, quod non alterius, huius modi capacitas, seu ordo ad hanc quantitatem

Correl.

Veluti ordo transf. hac capacitas.

est ueluti transcendentalis uirtute dispositionum præcedentium ad hanc quantitatem: Qua in re superuacaneum est perquirere, utrum illa capacitas sit accidens, vel substantia addita materiæ; cum sit ueluti ordo transcendentalis: & equidem est entitas positiua; sed non distincta ab ipsa materia; tanquam, res a re: sed formaliter tãtum, tanquã quoddam contrahens materiam ad hanc quãtitatem: quod nõ ad alteram; & per hęc satisfacienda erunt multa argumenta in hoc proposito fienda.

i Questio n gratiã iam dictorum, & palchra.

Sed phylosophiæ amor, (maiorum tamen nostrorum reuerentia: & præsertim S. Thomæ, quem semper in nostra Dominicana Religione tam sanctitate, quã doctrina præcipuum existimaui,) libeat mihi perquirere, vtrum etiam in intelligentijs sit possibile ponere indiuiduationis principium, quo una ab altera in eadem specie possent differre? Sed hæc me magnopere turbant, quia plurimi me noua dicere accusabunt; sed id vitupe-

ratio-

rationis nihil attulerit, quod recurenti animo, & pace maiorum opitulatus sum. Sitque talis conclusio.

Si per Dei Optimi, & Max. omnipótentiam possent esse plures Angeli eiusdem speciei, illarum intellectualium naturarum multiplicationis numeralis principium non esset impossibile inueniri, etiam ab humano intellectu in hoc statu: posita hac Catholica dumtaxat ueritate Doctoris Angelici scilicet quod in omnibus intelligentijs præter primam, esse sit diuersum ab essentia, quorum unum est vt potentia, alterum vt actus: Insuper, & maxime intellectui nostro accommodatum esset huiusmodi principium ponere. s. esse potentiam non corpoream, sed proportionatam sibi nempe spiritualem. Et primo probatur auctoritate S. Thomæ capit. 5. de ente, & essentia, quo in loco ait: (& quia in intelligentijs ponitur potentia, & actus, ob id non erit difficile inuenire multitudinem intelligentiarum) & primum principium

Con.

Probatio

De ente, & essentia c. 5.

inquit nõ plurificatur, neque per differẽtiæ additionem, neque per receptionem in diuersa parte materiæ, a neque per aliquod absolutum, & per aliquod receptũ in alio. Ex quibus colligitur quod scilicet illud; quod non habet potentiam nõ est nisi unum numero, ergo quibus potẽtia inest; non inconuenit posse esse multa numero in eadem natura: & probatur cõsequentia quia si hoc esset omnino impossibile sequeretur quod talis actus totam proportionatam sibi potentiam cõplectaretur; & sic non esset ascensus ad vnum primum, quod non est nisi vnum, & in quo nulla potentia est. Verum tamen hoc idem persuaderi potest hac similitudine. s. potest sicut quæ reperiuntur in mundo sensibile, ita reperiri possunt in mundo intelligibili; At in hoc sensibili uidemus quod ea, quę sunt perfecte in vno genere, sunt imperfecte in alio genere: Ita potentia, quæ vere origo multitudinis est in materialibus, posset suo modo esse origo multitudinis in spiritua-

Ratio 2 similitudinem.

ritua-

ritualibus in eadem ſpetie; Maior eſt uera; quia hic mundus imago eſt illius, nec aliter de illo quicquam poſſumus intelligere, quam harum rerum ſimilitudine, atque exemplo. Minor patet ex Ariſt. in libris de animalibus ubi clare uidetur, quod animal perfectum habet ſanguinẽ, & quod in perfectioribus animalibus ſanguis eſt, proportionaliter, id in ſepijs eſt attramentũ, in uermibus alia quędam humiditas, ergo & cetera. Demũ hoc idẽ perſuaderi poteſt hac ratione, quia ſicuti formæ competit unitas, ita potentiæ multitudo. At in illis reperitur potẽtia; ergo data hac uia non eſſet forſam impoſſibile hanc in illis multitudinem aſſignare: ſed hęc gratia diſputationis dicta ſint, non quod crediderim ita eſſe; ſed ut dixit ſanctiſſimus Doctor, Cuius rationibus in omnibus aſſentio. Et hæc dicta ſint quo ad præſens Caput.

D. Paulus ad Romanos c. primo.

CAPVT TERTIVM.

PAtet ergo, quod eſſentia hominis, & Socratis non differat, niſi ſecundum ſignatum, & nō ſignatum: vnde dicit commentator ſuper 7. Metaphyſicorum quod ſocrates non aliud eſt, quam animalitas, & rationalitas, quæ ſunt quidditas eius; ſicut etiam eſſentiæ generis ab eſſentia ſpeciei ſecundum ſignatum, & non ſignatum differunt, quamuis alius modus deſignationis ſit utrobique, quia deſignatio indiuidui, reſpectu ſpeciei eſt per materiam determinatam dimenſionibus, deſignatio autem ſpeciei reſpectu generis eſt per differentiam conſtitutiuam, quæ ex forma rei ſequitur.

Capitis tertij expoſitio.

OStenſis in communi ſubſtantiarū compoſitarum eſſentijs, nunc.ſ.in

ter-

tertio capite S. Tho. substantiarum cōpositarum essentias inter se comparare intendit, qualemque ad inuicem habeant conuenientiam aperire: & quæ sint inter eas differētiæ ostendere: qua in re quinque in præsenriarum facit: primo absolute de earum differentijs loquitur, secundo determinat de his circa earum differentias, ut primis intentionibus subsunt: tertio manifestat, qualiter inter se genus species, differētia, & diffinitio differant: quarto quandam dubitatiunculā mouet, cui etiam occurrit: quinto differentiam habitam inter essentiam specificam, & indiuidualem assignat. Dicit ergo, quod triplex est essentia. i. numerica, specifica, & generica; & hoc dato, ponit hanc conclusionem. Essentia specifica, & numeralis, & generica inter se se nō differunt, nisi secundum signatum, & nō signatum: hocque vnica duntaxat Auerrois auctoritate septimo Diuinorū deducta probat. s. quod Socrates nil aliud est, quam animalitas, & rationalitas: sed hæc

Com. 5. D.

Auer. co. tex. 10.

nęc sunt idem, quod homo. Ergo sortes est idē, quod homo, homo uero est idē, quod animalitas & rationalitas, de primo itaque ad ultimum hęc non differūt ad inuicem, nisi secundum signatum, & non signatum. Sed ex his arduum profecto insurgit dubium non satis ob diuersarum sententiarum expositores terminarum, & est tale, nempe; si sortes est idem, quod animalitas, rationalitas, & humanitas, ergo suppositum erit idem cum natura, alioquin nil esset adhuc ꝓbatum: hoc autem obstat dictis Arist. 3. de Anima tex. 9. & 7. Meth. tex. 41. quo in loco expresse inquit (& quod quid erat esse vnum quodque, in quibusdam idem ut in primis substantijs, omnia autem, quæ sunt sicut materia, aut sicut cōgregata ex materia non sunt idem) ergo dicta S. Doctoris non uidentur conuenire dictis Ar. ut patet. Sed ad hæc faciliter respondere possunt cū distinctione. s. quod socrates potest dupliciter considerari, uno modo quantum ad

Dubium

Solutio.

eius

eius esse substantiale, secundo modo quãtum ad eius esse totale.s.suppositale, primo modo est idem cũ humanitate, non autem secundo modo,& sic intellexerunt D. Thomas,& Auerroes. Vnde ex his facile potest colligi, quid in reb. creatis suppositum addat supra naturã; nempe aliquam realitatem positiuam; idque probari potest ex sententijs collectis pluribus in locis ab Ar.& præsertim diuinorum 5.tex. 15. quo in loco diuisit substantiam in essentiam, & suppositum. Insuper in prædicamento substãtiæ diuisit substantiam in primam,& secundam, & quemadmodum assignatur aliquod intrinsecum constitutiuũ eius, ita etiam primæ est assignandũ aliquod internum constitutiuum illius. Qua in re ad inconueniens etiam potest argumentari, hoc.s.pacto,quod si suppositũ, naturaque singularis essent idem: hæc pronomina,nempe ego,tu,hic,ambob. ęque competerent: sed euidenter hoc est falsum, ergo natura est suppositum Rat.1.

non

non sunt idem; quod hoc sit falsum pro-
batur, cum nō dicatur ego humanitas,
Fuga. tu humanitas &c. Neq; satis responsum
fuisse censeo, asserendo per hæc argu-
menta nil aliud cōcludere nisi ꝙ hęc di
stinguantur, sicut res, & modus rei; non
tamen sicut res a re: hoc inquam non be
Contra. ne à Thomistis est assertū, cum id mani
feste sententię S. Doctoris sit cōtrariū;
& maxime in tertia parte. q. 4. Arist. 1.
ad tertium dicentis, si persona Diuina
assumeret naturam alicuius Angeli
existentis talis Angeli destrueretur per
sonalitas: sed quid quæso destrueretur,
2. ratio. si tantum ille modus rei et non substan
tię aliquid extant? sed in hoc uehemen
tius vrget argumentum s. si humana na-
tura in Christo Domino includeret om
nem illam entitatem, quam humana na
tura singularis sortitur in petro, quomo
dō possemus recte percipere, Verbū Di-
uinum humanam naturam singularem as
sumpsisse, et nō supositum? multa hic ad-
ducenda essent: sed acutioribus dimit-

tan

tantur discutienda. Qua in re, quatuor sequuntur conclusiones: quarum prima ta- 1. concl.
lis est suppositum distinguitur à natura, tanquam res à re; & probatur per superiora dicta, & S. Doctoris; & Arist. 2. con. 2. concl
suppositum addit super naturam quandã ratio 1.
singularitatem positiuam, quę potest appellari rectè terminus rei, & probatur: existẽtia recipitur in suposito, ergo huiusmodi actus pręsupponit iam suppositũ cõ- ratio 2.
stitutũ; at id nequaquam efficitur; nisi media hac singularitate: ergo bene hęc appellari potest terminus rei; Rursus quęlibet natura, quamuis sit singularis est semper terminabilis; dummodo nõ sit in supposito: vt patet de Christi humanitate; ergo appellatur terminus rei: Tertia cõ-
clusio etiam potest sumi ex his, quę est ta- 3. concl.
lis: Hæc singularitas dicit vltimus actus, & complementum rei; & probatur qualibet natura, dum non attingit eius terminum inclusiue est incompleta. At personalitas est illa, qua natura eius terminũ attingit, ergo comparatur illi, uti com-

ple-

plementum illius. Quarta, & ultima con
4. concl. clusio hęc est. Talis natura fit per hāc singularitatem capax existentiæ, & probatur ex diffinitione suppositi, scilicet suppositum est substantia completa indiui-
ratio 1. dua subsistens incommunicabiliter, ergo
ratio 2. dicit ordinem ad existentiam. Iterū habetur ex Angelico S. Doct. 3. p. q. 27. ar. 2. quòd potentia in eius ratione claudit ordinem ad proprium actum; & suppositum dicit ordinem intrinsecum ad existē tiam: ergo tale est proprium subsceptiuū immediatum existentiæ; ac proinde per id natura redditur; fitq; existētiæ capax:
correl. 1. Vnde ex iam dictis tale subsumitur corrolarium, scilicet suppositum, in materialibus, & in cunctis creatis supra naturam singularem addit aliquod reale positiuū intrinsecum ipsi supposito; at dicitur tale terminus rei, seu naturæ complementū, per quod natura singularis fit capax existentiæ; redditurque iuxtà eius cōditionem potens, ut patiatur; & agat: & reductiue pertinet ad substantię prædicamē tum.

tum. Quæ omnia in subsequentibus, luci-
diora fient. Sequitur etiam, quòd qua- 2. corrol.
muis cōditiones materiales per prius ad Vide D. Tho. p. p.
naturam: quàm ad suppositū pertineãt, q. 19. ar.
cum hæc singularis efficiatur penes ordi- 1. ad 3.
nem, quē habet ad hasce indiuiduas cō-
ditiones; quia tamen suppositum earum
est proprium susceptiuum: fit, vt natura ne-
quaquam eas recipiat nisi supposito me-
diante; adeo quòd physice talis cōditio-
nes suppositū addit supernaturam. Ter- 3. corrol.
tium demum concluditur, quòd quiddi-
tas, & cuius est quidditas non duas sub-
stantias, seu duas essentias dicunt, sed v-
nam tantum substantiam et essentiam v-
nam, quia quemadmodum albedo, & al- Vide ar. 4. Meta.
bum, non dicut duas essentias; sed vnam tex. 3.
tantum; ita quidditas, & cuius quidditas Exempl. Vide art.
est non dicunt duas essentias, sed vnam 7. Meta.
tantum; Ideo sortes infert eadem essentiã tex. 10.
quam humanitas, ac per id non differunt
nisi secūdum signatum, & non signatum:
Vnde species cōparata generi est instar
particularis respectu uniuersalis; & eius
de-

designatio est per differentiam respectu generis, q̃ quidem differẽtia a tota quidditate desumitur: designatio indiuidui respectu speciei est per materiam signatã certis (ut dictum est) dimensionibus.

Hæc autem determinatio, vel designatio, quę est in specie respectu generis nõ est per aliquid in essentia speciei existẽs, quòd nullo modo in essentia generis sit; imò quicquid est in specie, est ẽt in genere, vt non determinatum. si. n. Animal nõ esset totum, quod est homo; sed pars eius non prędicaretur de eo, cum nulla pars integralis prædicatur de toto.

expositio. Hæc est secunda pars, in qua Angelicus Doctor determinat de differentijs earum ut subsunt primis intentionibus. Inquit igitur, quod designatio speciei respectu generis, nõ adeo est in natura speciei; quòd nullatenus sit in natura generis, immò quicquid est in specie est etiam in genere, quamuis non ęquo modo, cũ in specie determinatè, ac distinctè extet in genere uerò indistinctè, atque indetermina-

minatè: itidemque sentiendum est de numerica natura, respectu specificæ: designatio enim naturæ indiuiduæ per materiam signatam, quamuis haud distinctè. & determinatè cōtineatur, in specie, attamen indistinctè, & indeterminatè continetur: Quæ omnia S. Tho. probat sub illis uerbis (si animal nō esset totum, &c.) & probatur primo de genere respectu speciei, scilicet si animal, quod est genus, non esset totum aliquo modo, quod est species, animal non prædicaretur de specie; at bene prædicatur de specie; ut homo est animal. ergo est totū aliquo modo, quod est species, antecedens patet; quia unumquodq; se habens per modū partis, nō prædicatur de toto: sed ad hæc tuenda, animaduersione dignum est; q̃ duplex est pars rationis, iusta Neothericos, scilicet Metaphysicalis: & realis, prima pars potest optimè prædicari de toto, cum id ad minus indistinctè contineat, non autem secunda, sicut lucidius S. Thom. manifestabit.

Ratio S. Thom.

Hæc autem quomodo contingat uideri poteſt, ſi inſpiciatur corpus, ſecundum quod ponitur pars animalis, & ſecundum quod ponitur genus, non enim poteſt dici eo modo genus, quo eſt pars integralis, hoc igitur nomen quod eſt corpus, multipliciter accipi poteſt; Corpus. n. ſecundum quod eſt in prędicamẽto, ſubſtantia dicitur, ex eo, quod habet talem naturã, ut in eo deſignari poſſint tres dimenſiones; ipſe autem tres dimẽſiones deſignatæ ſunt corpus, quod eſt in genere quantitatis; contingit autem in rebus, quæ habent unam perfectionẽ ad vlteriorẽ perfectionem pertingere, ſicut patet in homine, qui naturam ſenſitiuam habet, & ulterins intellectiuam: ſimiliter etiam, & ſuper hanc perfectionem, quæ eſt habere talem formam, & vt in ea poſſint tres dimenſiones deſignari poteſt alia perfectio adiungi, ut vita, vel aliquid huiuſmodi: poteſt ergo hoc nomen corpus rem quandam deſignare, quæ habet talem formam, ex qua ſe-

ſequitur in ipſa deſignabilitas trium di menſionum cum præciſione, ut ſcilicet ex illa forma, nulla ulterius perfectio ſe quatur; ſed ſi aliquid aliud ſuperadditur ſit præter ſignificationem corporis ſic dicti: & hoc modo corpus erit materialis, & integralis pars animalis; quia ſic anima erit præter id, quod ſignificatum eſt nomine corporis, & ſuperueniens ipſi corpori, ita quod ex ipſis duobus. ſ. ex anima, & corpore, ſicut ex partibus conſtituitur animal; poteſt etiam hoc nomen corpus, hoc modo accipi, ut ſignificet rem quandam, quæ habet talem formam, ex qua poſſint in ea tres dimenſiones deſignari quæcũq; forma ſit illa, ſiue ex ea poſſit prouenire alia ulterior perfectio, ſiue non, & hoc modo corpus erit genus animalis; quia in animali nihil eſt accipere, quod in corpore implicite nõ contineatur; non enim anima eſt alia ab illa forma, per quam in re illa poterant deſignari tres dimenſiones, & ideo quã do dicebam, quid corpus eſt, qđ habet

talem formam ex qua possunt designari tres dimensiones in eo, intelligebã quęcunque forma esset illa, siue anima esset, siue lapiditas, siue quæcunq; alia forma, & sic forma animalis implicite in corpore, seu in corporis forma cõtinetur, prout corpus est genus eius.

expositio Hoc autem manifestat exemplo de corpore assumendo corpus, ut pars animalis integralis; & vt est genus ad animal: & dicit, quod non eodem pacto assumitur corpus, ut est pars animalis integralis, v. g. cum dicitur animal constat ex anima, & corpore; & ut est genus respectu ipsius animalis: & ad id declarandum distinguit, quod corpus multipliciter accipi potest; primo ut est in genere quantitatis, & tunc idem est corpus, q̃d trina dimensio; alio modo põt summi: ut est in substantiæ prędicamento: & hac acceptione corpus appellatur illud, quod habet talẽ materiam, ut in eo possint designari tres dimensiones: His autem statutis, & sic perspectis eius instititutum

xemplũ ile S.T.

tutum colligit; quod sunt aliqua, quæ per unam formam aptè, & distinctè gaudent vna perfectione: & rursus sunt in potentia ad ulteriorem, ut patet in homine iam habente animam uegetatiuã existente ad ulteriorem perfectionem, nempe ad sensitiuam, & intellectiuam: Quædam uero sunt, quæ habent unam perfectionem, neque amplius sunt in potentia ad ulteriorem, immo ad ulteriorem sunt cum præcisione, exemplum dat S. Doctor de corpore; prout est pars integralis: & prout est genus: primo modo significat formam in se designabilem p trinam dimensionem habentem præcisionem ad ulteriorem perfectionẽ: adeo quod nulla alia expectatur; Vnde si ei aliqua perfectio addatur; nempe uita, motus, uel aliquid huiusmodi, totum erit extraneum, & extra rationem corporis hoc pacto cõsiderati, si uero sumatur corpus; prout est genus ad animal, talis profecto erit conditionis, quod significabit rem talem habentem formam; ut

ex ea tres dimensiones queant designari absque præcisione ad ulteriorem perfectionem, ita quod huiusmodi perfectionem neque includit neque excludit, cum itaque nullatenus sit exclusio peroptime sequitur, quod quicquid cõtineatur in animali, contineatur & in corpore; sed in animali determinate, in corpore uero indeterminate: alioquin si aliquod includeretur in animali, quod in corpore non contineretur assumendo licet corpus prout genus est, illud certe esset anima; at hoc non est asserendum cum non sit assignanda forma corporis quæcunque sit illa diuersa a forma animalis; ergo quicquid continetur in animali, quod respectu corporis, est species subalterna; continetur in corpore, prout est genus, ergo ex his bene colligit iam propositam cõclusionem, nempe, quod hęc non differunt ad inuicem: nisi secundum signatum, & non signatũ. & quod quicquid continetur in specie, continetur, & in genere: pariterque de in=

indiui dua natura, respectu naturę speçifice est dicendum; sed ad vlteriorem doctrinam nonnulla sunt manifestanda.

Nota, quod eadem forma; ut dat diuersos gradus perfectionis; intellectus format diuersos cōceptus & ponit inter hos conceptus ordinē realē: forma autē sic intellecta; nempe sub istis conceptib. habentibus ordinem realem inter se, per illud esse, quod secundum illos habet in intellectu, distinguitur a se ipsa secundum rationem, & habet ordinem rationis ad se ipsam puta secundum quod concipitur alio, & alio conceptu: & ordo iste, quamuis non immediate fundetur in re extra, cum ordo semper sit posterior suis extremis, & una forma non potest habere rationem duorum extremorum nisi per intellectum; attamen quia huiusmodi forma immediate potest fundare diuersos conceptus, cum contineat in se unitè ac eminenter perfectiones alibi realiter dispersas (vt patet) de uiuere dare esse corporeum, & senti- Not. 11

re:fit,ut realiter ipsam intelligere ualeamus:ut est corporea cum præcisione cuiuscunq; alterius perfectionis, ac si realiter a cęteris gradibus esset distincta: hineque fit, ut recte S.Tho.in 4. sententiarum dixerit loquẽdo de sancta Transubstantiatione ; quod anima intellectiua transubstantiatur in corpus seruatoris nostri IESV CHRISTI; non vt intellectiua;sed ut dat esse corporeũ, & alibi dicebat; quod verbum assumpsit animam, mediante mente; & hoc in loco ait , quod nomen corpus potest designare rem quandam habentem talem formam,ex qua sequitur in ipsa designabilitate trium dimensionum cum præcisione : ut.s.ex ea nulla ulterior perfectio sequatur : & ratio S.Thom. valet uno.s. præsupposito;nempe,quod in composito sit tantum una forma substantialis, & ab eadem possit habere esse corporeũ, uiuens, animatum,& rationale.

Et etiam talis est animalis habitudo ad hominem:si enim animal nominaret

tan-

tantum rem talem, quæ habet quandã perfectionem, ut possit sentire, & moueri per principium in ipso existens cum præcisione alterius perfectionis, tunc quęcunque alia perfectio vlterius superueniret, haberet se ad animal per modũ partis, & non sicut implicite cõtenta in ratione animalis, & animal non esset genus: sed est genus secundum quod significat rem quandam, ex cuius forma potest prouenire sensus, & motus: quæcunque sit illa forma, siue sit anima sensibilis tantum, siue sit anima sensibilis, & rationabilis simul.

In his verbis S. Tho. apertius hæc omnia ad propositum applicat inquiens ꝙ qualis est habitudo corporis ad animal: talis est etiam animalis ad hominẽ; Vnde, si daretur animal, quod nominaret tantum formam habentem perfectionem ut per principium internum sentire posset, & moueri cum præcisione ulterioris perfectionis superueniendæ, quæcunque esset illa, talis inquam ad- *expositio*

ue-

ueniēda animalis perfectio esset in causa; quod animal respectu hominis se haberet ueluti pars; ac proinde instar generis nequaquam prędicaretur: Qua in re; ut sit genus necesse est, quod significet rem quandam ex forma cuius proficisci possit sensus, & motus absque præcisione ulterioris formæ adueniēdæ, quæcunque sit illa: sicque hoc modo animal comparatum homini est genus: itidemque dicendum est de corpore respectu animalis: redditur ergo clara litera S. Thomæ, uno duntaxat animaduerso, ꝙ animal differt a non animali, motu, & sensu, partiturque in duas partes principes, quarum una est mouens, altera uero mota: taleque mouens dicitur se ipsum mouere penes partem mouentem, adeo quod per motum, & sensum phylosophi indagarunt diffinitionem animæ.

Sic igitur genus significat indeterminatè id totum, quod est in specie; non.n. significat tantum materiam: similiter ēt differētia significat id totum, quod est in spe-

ſpecie,& non tantum formam: etiam diffinitio ſignificat totum, & etiã ſpecies; ſed diuerſimodè, Quia genus ſignificat totum, & quædam denominatio determinans id, quod eſt materiale in re, ſine determinatione propriȩ formæ. Vnde genus ſumitur a materia quamuis non ſit materia; vnde patet ex hoc, quòd corpus dicitur ex hoc, quod habet talem perfectionem; ut poſsint in eo deſignari tres dimenſione; quæ quidem perfectio eſt, ut materialis ſe habens ad ulteriorẽ perfectionem. Differentia uerò è conuerſo eſt ſicut quædam determinatio a forma determinata, ſumpta per hoc, quòd intellectu primò ſit materia determinata, ut patet cum dicitur animatum, ſcilicet illud, quod habet animam non determinatur, quid ſit, utrum corpus, uel aliquid aliud: Vnde dicit Auic. quòd genus non eſt in differentia, ſicut pars eſſentiæ eius, ſed ſolùm ſicut ens extra quidditatem, ſiue eſſentiam; ſicut etiam ſubiectum eſt de intellectu paſſionum: & ideò ge- 5. Meta. c. 3. circa med.

genus non prædicatur de differentia per se loquendo; ut ait Arist. 3. de anima, & 4. Topicorum. nisi fortè sicut subiectum de passione: sed diffinitio, siue species cō prehendit utrumq;, scilicet determinatam materiam, quam designat nomen generis, & determinatam formam, quam designat nomen differentiæ.

Arist. 3. de anima tex. 10. c. 3.

expofit.

Hæc est tertia pars principalis, in qua ponitur discrimen quale est inter genus, differentiam, speciem, ac diffinitionem, uno dūtaxat præsupposito, scilicet, quòd hæc in hoc conueniunt; quia continent idem, quod in unoquoque eorum reperitur; attamen diuersimodè, & ex hac diuersitate eorum desumitur differentia: omnia uerò hæc a S. Tho. inductiuè probantur: & primo quòd genus significet indeterminatè totū; quod est in specie, ex superioribus constat: cum non tantū materiam; sed utrumque amplectatur: itidemque de differentia est asserendū, quæ non tantum formam significet; sed id totum, quòd in specie reperitur: pari-

ter-

terque de diffinitione, & specie est dicẽdum; (ut alias dictum fuit) constat itaq;, quòd in continentia harum totalitarum non differunt, at bene eorum differentia ex modo significandi colligitur, huiusq; assignat rationem dicens; quia genus indeterminatè connotat id, quod est formale; determinatè uerò, quod est materiale. Vnde determinat materiale in re, sine determinatione alicuius formæ; propter quòd solitum est dici a philosophis, quòd genus sumitur a materia, differentia uerò a formã: hócque S. Tho. pulcherrimo manifestat exẽplo, accipiatur exempli gratia pro genere corpus tale profectò uti corpus est perfectionem habet: ut in illo possint designari tres dimẽsiones: & ecce materiale determinatè: quia uerò ista perfectio materialis determinata, quam significat genus, se habet ad ulteriorem perfectionem; ob id, quod est formale, nempe animatum indetermi natè significat. Differentia autem è regione se habet: dicit nanque, quod est

for-

...imæ perfectionis:Intellectus autē ...ius differentiæ rationalis cōsistit in determinatione formæ specialis;ex quibus duabus intellectibus, constituitur intellectus speciei, vel diffinitionis:&, ideò sicut res constituta ex aliquibus non recipit prędicationem earū rerum ex quibus constituitur;ita, nec intellectus recipit prædicationem eorū intellectuum, ex quib. constituitur, non enim dicimus, quòd diffinitio sit genus, uel differentia.

Exposi-tio. In hoc loco S. Th. ratione communis dicti, dicta eius pręterita indicat, quòd, quemadmodum asseritur vulgariter, ꝙ genus analogia quadam se habet ad materiā;differentia autem ad formam: species vero ad compositum;quamuis non sint illa: nihilominus;quia genus indicat id,qđ est materiale: à materia sumptum perhibetur;consimili ratione, quoniā differentia dicit determinatè id, qđ est formale,à forma sumpta asseritur:omnia tamen hęc clarius intuentes non latebunt nullum eorum esse; sed tātum significare

gni-

gnificare ambo illorum. Quod aperte ostendit his in verbis; (Vnde dicimus, & cætera) & ratio S. Doctoris est huiusmodi, ea, quæ se habent per modum partis non prædicantur de toto: At ista prædicantur de toto: ergo: probatur maior & minor simul: quia cum dicimus homò est ex anima, & corpore, neutrum eorum prędicatur de toto, ut quodam totum significans, cum sint partes, immo notificamus hominem ex his esse sicut ex duabus rebus; tertia res, secus autē dicimus de genere & differentia, asserentes hominem esse animal rationabile & non ex animali & rationali & vere, quando dicimus hominem esse ex animali, & rationali, non indicamus id esse, sicut ex duabus rebus, tertia res constituta; sed sicut ex duobus intellectibus, tertius intellectus: quoniam licet ex animali significatur intellectus absq; specialis formæ determinatione respectu ultimæ perfectionis exprimens tantum naturam sensitiuā ab eo, quod est materiale: at differentię

ex ea tres dimensiones queant designari absque præcisione ad ulteriorem perfectionem, ita quod huiusmodi perfectionem neque includit neque excludit, cum itaque nullatenus sit exclusio peroptime sequitur, quod quicquid cõtineatur in animali, contineatur & in corpore; sed in animali determinate, in corpore uero indeterminate: alioquin si aliquod includeretur in animali, quod in corpore non contineretur assumendo licet corpus prout genus est, illud certe esset anima; at hoc non est asserendum cum non sit assignanda forma corporis quæcunque sit illa diuersa a forma animalis; ergo quicquid continetur in animali, quod respectu corporis, est species subalterna; continetur in corpore, prout est genus, ergo ex his bene colligit iam propositam cõclusionem, nempe, quod hęc non differunt ad inuicem: nisi secundum signatum, & non signatũ. & quod quicquid continetur in specie, continetur, & in genere: pariterque de in-

indiuidua natura, respectu naturę specifice est dicendum; sed ad vlteriorem doctrinam nonnulla sunt manifestanda.

Nota, quod eadem forma; ut dat diuersos gradus perfectionis; intellectus format diuersos cōceptus & ponit inter hos conceptus ordinē realē: forma autē sic intellecta; nempe sub istis conceptib. habentibus ordinem realem inter se, per illud esse, quod secundum illos habet in intellectu, distinguitur a se ipsa secundum rationem, & habet ordinem rationis ad se ipsam puta secundum quod concipitur alio, & alio conceptu: & ordo iste, quamuis non immediate fundetur in re extra, cum ordo semper sit posterior suis extremis, & una forma non potest habere rationem duorum extremorum nisi per intellectum; attamen quia huiusmodi forma immediate potest fundare diuersos conceptus, cum contineat in se unitè ac eminenter perfectiones alibi realiter dispersas (vt patet) de uiuere dare esse corporeum, & senti- Not. 1

re:fit,ut realiter ipsam intelligere ualeamus:ut est corporea cum præcisione cuiuscunq; alterius perfectionis, ac si realiter a cęteris gradibus esset distincta: hincque fit, ut recte S. Tho. in 4. sententiarum dixerit loquēdo de sancta Transubstantiatione; quod anima intellectiua transubstantiatur in corpus seruatoris nostri IESV CHRISTI; non vt intellectiua; sed ut dat esse corporeū, & alibi dicebat; quod verbum assumpsit animam, mediante mente; & hoc in loco ait, quod nomen corpus potest designare rem quandam habentem talem formam, ex qua sequitur in ipsa designabilitate trium dimensionum cum præcisione: ut.s.ex ea nulla ulterior perfectio sequatur: & ratio S. Thom. valet uno.s. præsuppolito; nempe, quod in composito sit tantum una forma substantialis, & ab eadem possit habere esse corporeū, uiuens, animatum, & rationale.

Et etiam talis est animalis habitudo ad hominem: si enim animal nominaret

tan-

tantum rem talem, quæ habet quandã perfectionem, ut possit sentire, & moueri per principium in ipso existens cum præcisione alterius perfectionis, tunc quęcunque alia perfectio vlterius superueniret, haberet se ad animal per modũ partis, & non sicut implicite cõtenta in ratione animalis, & animal non esset genus: sed est genus secundum quod significat rem quandam, ex cuius forma potest prouenire sensus, & motus: quæcunque sit illa forma, siue sit anima sensibilis tantum, siue sit anima sensibilis, & rationabilis simul.

In his verbis S. Tho. apertius hæc omnia ad propositum applicat inquiens ꝙ qualis est habitudo corporis ad animal: talis est etiam animalis ad hominẽ; Vnde, si daretur animal, quod nominaret tantum formam habentem perfectionem ut per principium internum sentire posset, & moueri cum præcisione ulterioris perfectionis superueniendæ, quæcunque esset illa, talis inquam ad- *expositio*

ue-

ueniēda animalis perfectio esset in causa; quod animal respectu hominis se haberet ueluti pars; ac proinde instar generis nequaquam prędicaretur: Qua in re; ut sit genus necesse est, quod significet rem quandam ex forma cuius proficisci possit sensus, & motus absque præcisione ulterioris formæ aduenièdæ, quæcunque sit illa: sicque hoc modo animal comparatum homini est genus: itidemque dicendum est de corpore respectu animalis: redditur ergo clara litera S. Thomæ, uno duntaxat animaduerso, ꝙ animal differt a non animali, motu, & sensu, partiturque in duas partes principes, quarum una est mouens, altera uero mota: taleque mouens dicitur se ipsum mouere penes partem mouentem, adeo quod per motum, & sensum phylosophi indagarunt diffinitionem animæ.

Sic igitur genus significat indeterminatè id totum, quod est in specie; non.n. significat tantum materiam: similiter ét differētia significat id totum, quòd est in spe-

ſpecie,& non tantum formam: etiam diffinitio ſignificat totum, & etiã ſpecies; ſed diuerſimodè, Quia genus ſignificat totum, & quædam denominatio determinans id, quod eſt materiale in re, ſine determinatione propriç formæ. Vnde genus ſumitur a materia quamuis non ſit materia; vnde patet ex hoc, quòd corpus dicitur ex hoc, quod habet talem perfectionem; ut poſsint in eo deſignari tres dimenſione; quæ quidem perfectio eſt, ut materialis ſe habens ad ulteriorẽ perfectionem. Differentia uerò è conuerſo eſt ſicut quædam determinatio a forma determinata, ſumpta per hoc, quòd intellectu primò ſit materia determinata, ut patet cum dicitur animatum, ſcilicet illud, quod habet animam non determinatur, quid ſit, utrum corpus, uel aliquid aliud: Vnde dicit Auic. quòd genus non eſt in differentia, ſicut pars eſſentiæ eius, ſed ſolùm ſicut ens extra quidditatem, ſiue eſſentiam; ſicut etiam ſubiectum eſt de intellectu paſſionum: & ideò ge-

5. Meta. c. 3. circa med.

genus non prædicatur de differentia per se loquendo; ut ait Arist. 3. de anima, & 4. Topicorum. nisi fortè sicut subiectum de passione: sed diffinitio, siue species cō præhendit utrumq; scilicet determinatam materiam, quam designat nomen generis, & determinatam formam, quam designat nomen differentiæ.

Arist. 3. de anima tex. 10. c. 3.

expo∫it.

Hæc est tertia pars principalis, in qua ponitur discrimen quale est inter genus, differentiam, speciem, ac diffinitionem, uno dūtaxat præsupposito, scilicet, quòd hæc in hoc conueniunt; quia continent idem, quod in unoquoque eorum reperitur; attamen diuersimodè, & ex hac diuersitate eorum desumitur differentia: omnia uerò hæc a S. Tho. inductiuè probantur: & primo quòd genus significet indeterminatè totū; quod est in specie, ex superioribus constat: cum non tantū materiam; sed utrumque amplectatur: itidemque de differentia est asserendū, quæ non tantum formam significet; sed id totum, quòd in specie reperitur: pariter-

terque de diffinitione, & specie est dicẽdum;(ut alias dictum fuit) constat itaq;, quòd in continentia harum totali tarum non differunt, at bene eorum differentia ex modo significandi colligitur, huiusq; assignat rationem dicens; quia genus indeterminatè connotat id, quod est formale; determinatè uerò, quod est materiale. Vnde determinat materiale in re, sine determinatione alicuius formæ; propter quòd solitum est dici a philosophis, quòd genus sumitur a materia, differentia uerò a formâ: hócque S. Tho. pulcherrimo manifestat exẽplo, accipiatur exempli gratia pro genere corpus tale profectò uti corpus est perfectionem habet: ut in illo possint designari tres dimẽsiones: & ecce materiale determinatè: quia uerò ista perfectio materialis determinata, quam significat genus, se habet ad ulteriorem perfectionem; ob id, quod est formale, nempe animatum indeterminatè significat. Differentia autem è regione se habet: dicit nanque, quod est for-

formale determinatè, uerbi gratia, animatũ, quod est corporis differentia, quid sit uerò, quod habeat animã, utrum corpus, uel aliquod aliud determinatè non indicat, ob id dr̃ quod est materiale indeterminatè significare: hoc idem affirmat Magnus Auicennas, dicens, genus non intelligi, seu non esse de intellectu differentiæ ueluti eius essentiæ pars, sed tantum uti ens extra essentiam illius instar subiecti respectu suarũ passionũ, q̃d nõ est nisi extrinsecè de intellectu suarũ passionũ, tanq̃ additũ alterius generis, quãuis nequeant absq; eo diffiniri: quapropter propriè loquendo genus de differentia non prędicatur, ut ait Arist. 3. de anima tex. 1 9. 4. & Top. cap. 3. poterit tamen prædicari ea prædicatione, q̃ est subiecti respectu earum passionum; At uerũ sermonem faciendo de diffinitionibus similiter, & de speciebus dicimus, & determinatam materiam, quam nomen generis designat, & determinatam formam, quam designat nomen differen-

ferentiæ continere; quãquam aliter uti inferius explanabimus.

Et ex hoc patet ratio,quare genus,& species,& differentia se habeãt proportionaliter ad materiam,formam,& compositum in natura; quamuis non sint idẽ cum illis,quia neque genus est materia; sed sumitur a materia, ut significans totum;nec differentia est forma; sed sumitur a forma, ut significans totum; unde dicimus,hominem esse animal rationale, & non ex animali, & rationali; sicut dicimus eum esse ex corpore, & anima, ex corpore enim & anima dicitur esse homo,sicut ex duabus rebus quædã tertia res constituta,quæ neutra illarum est, homo enim nec est anima,neq; corpus, sed si homo aliquo modo ex animali,& rationali dicatur esse, non erit, sicut res tertia ex duabus rebus; sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus, intellectus enim animalis est sine determinatione,formæ specialis naturam exprimens rei ex eo,quod est materiale respe

ctu

ctu ultimæ perfectionis: Intellectus autē huius differentiæ rationalis cōsistit in determinatione formæ specialis; ex quibus duabus intellectibus, constituitur intellectus speciei, vel diffinitionis: & ideò sicut res constituta ex aliquibus non recipit prędicationem earū rerum ex quibus constituitur; ita, nec intellectus recipit prædicationem eorū intellectuum, ex quib. constituitur, non enim dicimus, quòd diffinitio sit genus, uel differentia.

In hoc loco S. Th. ratione communis dicti, dicta eius prętérita indicat, quòd, quemadmodum asseritur vulgariter, ꝙ genus analogia quadam se habet ad materiā; differentia autem ad formam: species vero ad compositum: quamuis non sint illa: nihilominus; quia genus indicat id, qđ est materiale: à materia sumptum perhibetur: consimili ratione, quoniā differentia dicit determinatè id, qđ est formale, à forma sumpta asseritur: omnia tamen hęc clarius intuentes non latebunt nullum eorum esse; sed tãtum significantur

Expositio.

gni-

gnificare ambo illorum. Quod aperte ostendit his in verbis; (Vnde dicimus, & cætera) & ratio S. Doctoris est huiusmodi, ea, quæ se habent per modum partis non prædicantur de toto: At ista prædicantur de toto: ergo: probatur maior & minor simul: quia cum dicimus homo est ex anima, & corpore, neutrum eorum prędicatur de toto, ut quodam totum significans, cum sint partes, immo notificamus hominem ex his esse sicut ex duabus rebus; tertia res, secus autē dicimus de genere & differentia, asserentes hominem esse animal rationabile & non ex animali & rationali & vere, quando dicimus hominem esse ex animali, & rationali, non indicamus id esse, sicut ex duabus rebus, tertia res constituta; sed sicut ex duobus intellectibus, tertius intellectus: quoniam licet ex animali significatur intellectus absq; specialis formæ determinatione respectu ultimæ perfectionis exprimens tantum naturam sensitiuā ab eo, quod est materiale: at differentię

intellectus consistit in determinatione formæ specialis;ex quibus tertius intellectus constituitur cum speciei,tumque diffinitionis:& quemadmodum (vt diximus)illud,quod constituitur ex duabus rebus, non recipit prædicationem illarum rerum,ex quibus constituitur,sicq; tertius intellectus ex duobus intellectibus constitutus ueluti ex duobus constans illis intellectibus, predicationem non recipit:ob id non asserimus genus, aut differentiam esse speciem,seu definitionem, ut clare liquet ex litera Diui Thomæ, circa quam multa digna notatu occurrunt.

Dub. 3. Primo dubitatur, quomodo uerum sit, quod differentia extra generis essentiam sit,cum illud totum contineat, q'd genus continet.

Secundo queritur,unde in veritate rei,genus, & differentia summantur?

Tertio quæritur quale assignandum est discrimen inter speciem,& diffinitionem, & eo magis, quia iam compertum

est utrunque dicere determinate,& formale, & materiale.

Quo igitur ad primum est sciendum, quod Ar. 3. Diuinorum tex. 10. inquit, ens nôn posse esse genus huiuscæ rei red dit rationem quia entis conceptus non est extra conceptum differentiarum, neque alius ab his; ex quibus subintulit, quod illud, quod est genus, alium conceptum a differentijs, habet id uerum, qûod non est de conceptu alicuius, non prædicatur de eo, quia quod prædicatur per se de aliquo est de conceptu illius: ex quibus colligitur, quod eadē est habitudo inter genus, & differentiam, qua lis est inter potentiam, & actum: at potētia, & actus sic se habet; quod conceptus potentię non est conceptus actus, neq; e regione; cum ergo unus sit extra conceptum alterius ben e infertur, quod vnum non recipiat prędicationem alterius; genus verò bene per accidens prędicare potest de differentijs: nempe spe ciebus mediantibus, de quibus prædica *Solutio 1. quæsiti.*

tur per ſe, & quamuis conceptus generis, non ſit conceptus ſpeciei, eſt tamen, (vti declaratum eſt) de conceptu illius: & hæc quo ad primū. Quo ad ſecundum quia hæc difficilima ſunt, & maximā diſcuſſionem exigerent: quapropter duo faciam: primum oſtendam generaliter vnde ſummatur genus, deinde ſpecialiter ſenſibilium naturas aggrediar. Quo igitur ad primum: ſcire oportet, quod in cunctis creatis ſimpliciter loquendo genus ſumitur ab eo, quod eſt potentiale; & differētia ab eo, quod eſt formale, & actuale: & probatur primo pro prima parte. Ad rationem generis ſecundum ſe exigitur, & ſufficit, quod explicet certam naturam determinabilem: pro quo ſciendum eſt, quod nos dicimus certam naturam ob tranſendentia: adiddimus terminabilem ob ſpecialiſſimuin. ergo ſumitur a potentiali, & materiali: conſequentia eſt nota: quandoquidem omne determinabile eſt potentiale, & e conuerſe. Quo igitur ad ſecundam partem ad

genus ſumitū ab eo quod eſt potē. & probatur.

Differentia aſſu-

ad rationem differentiæ sufficit, & exigitur, quod explicet certum, ac limitatum gradum in entibus ergo sumitur ab actuali, & formali, antecedens probatur, quia ipsa adueniens generi constituit speciem, ipsumque ponit in determinato, & certo gradu entis; Quapropter species assimillatur numeris quibus addita, & subtracta vnitate, uariatur species: sicque differentia addita, uel subtracta entibus uariat ipsum. Ex his autem omniũ dicendorũ facilis erit doctrina, in quorum gratia ponetur talis conclusio. In omnibus genus, & differentia sumitur à tota rei essentia secundũ oblungationem, & propinquitatem existentiæ: Quã per talem rationem probo. Differentia cum sit constitutiua speciei, est ultimũ complementum ipsius essentiæ ad hoc; ut sit, idest cõstituit proprium susceptiuũ formale intrinsecum ultimatum existentiæ. Genus autem cum explicet essentiam determinabilem, non dat ultimum intrinsecum cõplementum essentiæ ad

mit ab eo quod est formali. & probatur.

Conclusio generalis vnde sumãtur genus & differentia.

hoc:ut sit, ergo secundum appropinqua tionem ad esse sumitur differentia; secũ dùm uero elongationẽ sumitur genus. Antecedens probatur: Quando aliqua prędicata quidditatiua sunt in aliquo per illorum accessum adesse, illud in quo sunt, faciunt magis appropinquare ad esse illius; At genus, & differentia sunt aliqua prędicata quiddi tatiua in specie; ergo quod eorum erit propinqiuus esse faciet magis spem pro pinquare ad esse suum: Hæc autẽ est differentia, ergo & probatur tali ratione. Vnumquodque tanto est propinquius esse, quo est actualius. At differentia est actualissimum prędicatum: ergo propinquissimum ipsi actui; Rursus unumquod q; eo est remotius ab esse, quo est poten tialius; At genus est potentialissimum prædicatum, ergo est remotissimum ab ipso esse: Constat itaque, quod uerũ sit, quod per appropinquationem ad esse su matur differentia & per elongationem

Correl- rium. eiusdem sumatur genus. Ex his desumi-

tur

tur quorundam ueriſſimum dictum,nēpe quod diffinitio explicat diffinitum a prima potentia, uſque ad vltimum actum, & per primam potentiam intelligunt genus; vt remotiſſimum ab eſſe, & per vltimum actum intelligunt differentiam, ut propinquiſſima eſſe per eius actualitatem: ex quibus etiam patere poterit quantæ ueritatis extiterint uerba Porphyri in diſcriptione differentiæ aientis interius autem perſcrutantes dicimus, differentia eſt,quę conducit ad eſſe.

Prophyrii in prædicabilibus.

Aduerſus autē huiuſmodi dicta multa inſurgere poſſent argumenta;quibus omniſſis vnum eorū tantum proponam, & eſt tale. Exiſtentia eſt extrinſica a re; ergo genus, & differentia nō ſumuntur ab illa; eoque magis; quia diffinitiones abſtrahunt ab exiſtentijs. Reſpondetur quod quamuis ſit extrinſica a re (ut cōcedunt omnes) deſumitur tamen in ordine ad eam; intelligendo ſemper non pro relatione ordinis;ſed profundamē-

Dubium *Solutio.*

to ideſt ab eo quod appropinquat, ut receptiuum ad ipſum eſſe: & ab eo, quod recedit ab ipſo eſſe. His autem ſtatutis ad materialia deſcendendo dicimus, ꝙ in rebus materialibus genus, & differentia poſſunt conſiderari: dupliciter uno modo radicaliter, alio modo formaliter: his autem viſis, talis dicitur concluſio. Genus, & differentia in ſenſibilibus ſubſtantijs ſumuntur; tanquam a radice a diſtinctis principijs realiter, ſcilicet forma, & materia. Sitque etiam ſecunda concluſio.

Genus & differẽtia dupliciter conſiderari poſſunt. Secundũ policitũ in hoc diſcurſu.

Genus, & differentia formaliter ſumuntur a tota eſſentia diuerſimode concepta. Probo ambas haſce cõcluſiones, per ea, quæ dicta ſunt, ſcilicet quod genus ſumitur ab ipſa tota eſſentia rei, ut hẽt rationem perfectibilis ulteriori perfectione, tanquam a re formaliter ſignificata, & denominata ab ipſo: Differentia vero ab ipſamet eſſentia rei; ut habet rationem perfecti, & completi, & primo probatur prima concluſio hac ratione.

Ge-

Genus in complete, & in potentia expli cat rei naturam. Radix uero potentiæ est materia; ergo radicaliter desumitur a materia; formaliter autem a tota essentia, vt possibilis est perfici formaliter. Item differentia actuat, & terminat ipsum genus; radix autem actualitatis est forma: Ideo differentia radicaliter sumitur ab ipsa forma: formaliter autem a tota essentia ut habet eam rationem, quã declarauimus. Sed iam tempus est, ut ad tertium proficiscamur. Diximus, ꝙ species, & diffinitiones ambo dicunt terminate totum, tum materiale, quamque formale; tamen in hoc potest earum differentia assignari; quia; quamuis species dicat totum terminatè, non tamen explicat totum, neque aliquam partem eius ut homo; at diffinitio explicat, & dicit totum terminate. Vnde in hoc, quod dicit animal, explicat materiale; & in hoc, quod dicit rationale, explicat formale.

Ratio probationis.

Rat. probat.

Differentia inter species, & diffinitiones.

Quamuis autem genus significet totã essentiam speciei, non tamen oportet, u

di-

diuersarum specierum, quarum est idem genus sit una essentia; quia unitas generis ex ipsa indeterminatione, uel indifferentia procedit; non autem ita, quòd id, quod significatur per genus sit una natura numero in diuersis speciebus cui superueniat res alia, quæ sit differentia determinãs ipsum, sicut forma determinat materiam, quæ est una numero; sed quia genus significat quandam formam; tamen non determinatè hanc, uel illam, quã determinatè differentia exprimit, quæ non est alia, quã illa, quæ indeterminatè significabatur per genus: & ideò dicit commẽtator in 11. Metaph. quòd materia prima dicitur una per remotionem omniũ formarum; sed genus dicitur unum per cõmunitatem formæ signatæ: vnde patet, quòd per additionem differentiæ remota illa indeterminatione, quæ erat causa unitatis generis remanent species diuersæ per essentiam.

expositio Hæc est quarta pars huius capitis, in qua Diuus Thom. cuidam tacitæ obie-

ctio-

ctioni satisfacit, quæ forsitã hac in re accidere posset, quæ talis est. Quæcunq; recipiunt equè eandem predicationem, cõueniunt eidem formæ; sed omnes species respectu generis recipiunt equè eandem prædicationem, ergo conueniunt eidem formæ; At, quæ sunt vnius formæ, sunt, & etiam unius essentiæ, ergo omnes species sunt unius essentiæ: Minor maioris sillogismi probatur; quia per coopertũ extat genus, non minus dici de essentia huius speciei, quamque illius: Huic breuiter lucidissimus S. Docto. satisfacit inquiens, ꝙ falsum est, nempè, quòd quæ sunt vnius formæ sint etiam unius essentiæ, quia duplex est forma, terminata, & interminata; si loquatur de forma terminata; verũ est vti specifica; sed modo sermo est de forma indeterminata, vti est generica, & sic non sequitur, ꝙ sint eiusdem essentiæ specie specificè; sed genericè & hinc est, quod ait; quòd unitas generis desumitur ex indifferentia & ex illa indeterminatione significat quidẽ

Dubium *Solutio.*

for-

formam; attamen quoniam forma illa distinctè non se determinat ad hanc, vel illã; nisi adueniente differentia determinãte illud ad talem vel ad talẽ: ob id indeterminate quãcunque amplectitur; & ideo de omnibus prędicatur æqualiter, non tamen bene infertur consequentia significando vnam formam interminatam, quę potest esse illa, quam differẽtia exprimit terminate, quòd sint eiusdem speciei; quia oporteret, quòd illa forma esset terminata: & tũc bene intentum illatum sequeretur: & etiam; ut magis huius ueritas elucescat, manifestat per doctrinam cõmentatoris habitam. 11. Metaphysic. assignando discrimen, quod est inter unitatẽ generis, & materiæ primæ inquientis, materiam dici vnam per remotionem omnium formarum genus vero unum per remotionem; sed non formarum, sed per formę signatæ: addita uero differentia remouetur illa indetermi natio, quæ talis unitatis erat ratio; ablata uerò illa tali unitate remanent species

Notandum. *11. Metthaphysicorum. Auerroes.*

cies

cies diuersæ in essentia, vt patet.

Sed ad horum notitiam est notandum quòd aliunde proficiscitur indiuidui speciei, generis, & materiæ unitas; nanque indiuidui desumitur ex materię signate vnitate: speciei; ex unitate formæ specificæ; generis ex in determinatione, vel ex indifferentia ad formas speciales; vel ex cõmunitate formæ, quam significat; uel ex unitate conceptus generalis, qui potest formari; materiæ vero primę unitas, desumitur ex remotione omnium formarum inquantum de se nullam habet formam: & dicitur una, non numero, sed ratione; ut constat ex ipsomet philosopho. Not. 1.

Et quia, ut dictum est natura speciei; est indeterminata respectu indiuidui; sicut natura generis respectu speciei; inde est quòd sicut id, quod est genus; prout prędicatur de specie implicite in sua significatione; quamuis indistincte est totum id, quod determinate est in specie; ita species secundum quod prædicatur

tur de indiuiduo oportet, quòd significet totum, qđ essẽtialiter est in indiuiduo licet indistinctè; & hoc modo essentia speciei significatur nomine hominis; Vnde homo de sorte prædicatur; si autẽ significatur natura speciei cum præcisione materiæ signatę, quæ est principium indiuiduationis; sic se habebit ꝑ modũ partis: et hoc modo significat nomẽ humanitatis; humanitas enim significat id, unde homo est homo; & ita nullo modo continetur inter illa, ex quibus homo habet, quòd sit homo. Cum igitur humanitas in suo intellectu includat tãtum ea, ex quibus homo habet, quod sit homo; patet, quòd à significatione eius excluditur, uel præscinditur materia detererminata, uel signata. Et quia pars nõ prædicatur de toto inde est; quòd humanitas, nec de homine, nec de sorte ꝑdicatur: Vnde dicit Auic. quòd quidditas compositi non est ipsum compositũ, cuius est quidditas, quamuis etiam ipsa quidditas sit composita; sicut humanitas,

Auic. 5. Met. c. post me.

tas,licet sit composita,non tamen est homo,immo oportet,quòd sit recepta in aliquo,quod est materia signata.

Hæc est quinta pars, & ultima huius præsentis capitis,in qua a S.Thom. assignantur differentiæ,quales reperiuntur inter indiuidualem,& specificam essentias,inquiens,quòd,quemadmodum(vt superius dictum est)natura generica quatenus de specie prædicabatur continebat in se, ac in eius significatione totum illud,quod in specie erat,quamuis indistinctè,sic species,secundum quòd predicatur de indiuiduis, continet quicquid in indiuiduis reperitur indistinctè tamē; At quoniam duplex est essentiæ significatio in concreto, scilicet, & in abstracto, in concreto significatur nomine hominis: hæcque se habet per modum totius, secundo modo desumpta significabitur nomine humanitatis cum precisione materiæ signatæ, que est principium indiuiduationis,& se per modum partis habebit, quæ cum non contineat quicquid expositio

quid in indiuiduis reperitur, non prędicabitur de eis, quæ omnia pulchrè probat. S.D. sed priusquam horum probationes adducantur, rimari, & per notare oportet, quod per indiuiduum signatū duo significantur, ac inferuntur, quorum primum est, ut principium determinatū distinctionis indicet, quod est materia signata: secundum principia essentialia: si autem assumatur essentia specifica in abstracto significata hoc nomine humanitatis de mente S. Th. iuxta eius literam, talis statuenda est conclusio: Humanitas, idest essentia specifica in abstracto, neque implicitè, neque explicitè, neque distinctè, neque indistinctè, primam partem sibi uēdicat, per hęc uerba (humanitas enim significat id, unde homo est homo, &c.) ita quod sic sillogizare licebit, Illud, quod significat tantum, unde homo est homo, præcedit omnem materiam signatam: At humanitas est huiusmodi, ergo minor est uera, maior probatur, quoniam materia signata non est

Notan. Vide S. Th. 3. p. q. 77. ar. 2. item p. p. 3. Arist. 3.

conc. S. Tho. 1.

principium quo homo, est homo; sed Conc. 2.
quo sortes est sortes ergo essentia in abstracto sumpta se habet per modum partis, neq; prædicabit de toto, & probatur per illa verba (& quia pars) ratio est huiusmodi, illud prædicatur de toto, quod habebit significationem totius. At humanitas non habet significationem totius: ergo non prædicabitur de toto: ut potè de Platone, & socrate: his adiungitur Auicenæ sententia aientis quidditatem compositi non esse ipsum compositum cuius est quidditas. Pro ergo horũ Not.
intellectu, est sciendum, quod natura in concreto implicite importat quod importat Petrus explicitè: homo nanque significat quandam rem habentẽ humanitatem, quod cuicunque supposito conuenit: sed natura in abstracto importat id, quo homo est homo, quod supposito humanæ naturæ non competit; cum Petrus significet habens humanitatem: nõ autem habens id, quo homo est. Qua in re concludendum est (ut in superiorib.)

ſuppoſitum vt Petrum, qui dicit ſubſtantiam completam indiuiduam ac incommunicabilem, realiter diſtingui a natura; & ſermo noſter erit ad naturas rerū, in quibus etiam modi ſignificandi fundari ſolent. ſequitur.

Sed quia (ut dictum eſt) deſignatio ſpeciei reſpectu generis eſt per formas: deſignatio autē indiuidui reſpectu ſpeciei eſt per materiam; Ideo oportet, ut nomen ſignificans id vnde natura generis ſumitur cum præciſione formæ determinatæ perficientis ſpeciem ſignificet partem materialem totius, ſicut corpus eſt pars materialis hominis: nomen autem ſignificans, id vnde ſumitur natura ſpeciei cū præciſione materiæ deſignatæ ſignificat partem formalem: & ideo humanitas ſignificatur, ut forma quædam, & dicitur, quod eſt forma totius, non quidem quaſi ſuperaddita partibus eſſentialibus materię, & formæ; ſicut forma domus ſuperadditur partib. integralibus eius; ſed magis eſt forma,

quæ

quæ est totum. s. formam complectens & materiã cum præcisione tamen eorũ, per quæ materia est nata designari.

Fulgentissimè eius institutum sequitur S. Thom. completa nanque notitia differentiæ habitę inter essentias specificam, & numericam, quæ erat sicuti includens, & non includens: desumpta dumtaxat essentia specifica in abstracto: ambas modo sic desumptas. s. genericã & specificam non ut abstractæ sunt; sed penes ordinem, quem habent ad se inuicem comparat: quia primo modo omni abeunti dubio, rationibus formarum gaudent: at secundo modo alterius sunt considerationis; hoc enim modo comparantur ad radices, a quibus desumuntur: & quia; (vt dictum est) generis natura desumpta in abstracto sumitur cum præcisione formæ determinatæ, perficientis speciem: & ob id significat partem materialem totius; & animaduerte quod S. Doctor exemplum dat de corpore in neutro genere quoniã tale no- *expositio* *Not.*

men substantiuum genericum sibi peculiare vendicat, ut tam pro concreto, quã abstracto stare possit: alioquin, si exemplum eius esset in concreto, non esset sermo continuatus, neque addidisset cũ præcisione formæ determinatæ perficiẽtis speciem; quia in concreto consideratum, significat formam sine pręcisione alterius perfectionis formæ determinatę perficientis speciem: ad nostrum ergo inceptum sermonem reuertentes, inquimus, quod hę essentiæ ambæ desumptę in abstracto, sic se habent, quod specifica significat partem formalẽ totius; generica uero partem materialem totius. Propterea inquit D. Th. qđ humanitas significatur, ut forma quędam, quę dicitur forma totius, & nè aliquod ambiguum mentibus nostris remaneret, declarat quid sit forma totius inquiens, quod dicitur forma totius ob hanc causam: quia est forma complectens totum: nempe materiam, & formam cum tamẽ præcisione eorum, per quæ materia, apta nata est designari: & non ex eo,

quod

quod ſit forma ſuperaddita partibus eſſentiatibus, ſcilicet materię, & formæ; quoniam hoc pacto eſſet forma accidentalis.

Sic ergo patet, quod eſſentia hominis ſignificatur hoc nomine homo, & hoc nomine humanitas. Sed diuerſimodè (vt dictum eſt) quia hoc nomen homo ſignificat eam, vt totum, in quantum, ſcilicet non pręſcindit deſignationem materię; ſed implicite continet eam, & indiſtinctè (ſicut dictum eſt) quod genus continet differentiam: & ideo prędicatur hoc nomen homo de indiuiduis: ſed hoc nomen humanitas ſignificat eam ut partem: nec continet in ſua ſignificatione niſi id q̃ ineſt, eſt homini in quantũ homo: & præſcindit omnem deſignationem materiæ. Vnde de indiuiduis humanitas non p̃dicatur: & propter hoc, quandoque hoc nomen eſſentia inuenitur prædicatum de re: Dicitur.n. ſortis eſſe eſſentia quædam, & quãdoque negatur; ſicut dicimus, quod eſ-

sentia fortis, non est fortes.

expositio His in verbis S. Doctor superiorũ dictorum ponit correlarium inquiẽs; quòd tam humanitas, quàm homo essentiam significant: diuersimode tamen: quoniã homo significat ipsam, ut totum nequaquam prescindẽdo materiæ designatio, nem, sed humanitas significat eandem, ut partem præscidẽdo designationẽ materię: ex quibus aliud sequitur, nempe, ꝙ hoc nomen, scilicet homo uerè, ac per se in primo modo prædicatur de indiuiduis, ac proinde indistinctè, & implicitè continet huiusmodi designationem: nomen uerò hoc nempe humanitas de indiuiduis non prædicatur, cum simpliciter, & determinatè, & prorsus materiæ designationem excludat, quod secus est asserendum de homine; qui determinatè licet, neque includat, neque excludat: implicitè tamen, ac indeterminatè includit, ut omnia clarè patẽt in uerbis S. Tomæ.

Not. Sed ad ulteriorem doctrinam est ad-

no-

notandum, quòd cum humanitas se habeat per modum partis, quamuis appelletur, sitque uerè forma totius: comparata tamen indiuiduis, subincludit modum, ac rationem materiæ, propter illud philosophicum dictum; scilicet ꝙ quodcunque indeterminatum respectu determinati, se habet, sicuti potentia ad actum eius; cum ergo humanitas sit de se indeterminata ad hæc indiuidua, & ad illa; peroptimè sequitur ob talem considerationem materię rationem includere: neque te perturbet nobilius ad ignobilius recipiendum habere rationem materiæ: quia id etiã patere posset per exemplũ de ipsa anima respectu scientiæ, & uirtutis. Multa etiam essent circa hæc dicenda; sed quia in præcedentibus in horũ explanatione satis affati sumus. Ideò ad quarti capit. explanationẽ pergamus.

CAPVT QVARTVM.

VISO quid significetur nomine essentiæ in substãtiis cõpositis, uidendum est quomodo se habeat ad rationem generis, speciei, & differentiæ, quia autem cui conuenit ratio generis, speciei, uel differentiæ, prædicatur de hoc singulari signato: Impossibile est, quòd ratio generis, uel speciei, uel differentiæ conueniat essentiæ, secundum quòd per modũ partis significatur, ut nomine humanitatis, uel animalitatis. Et ideò dicit Auic. quòd rationalitas non est differẽtia, sed differentiæ principium, & eadem ratione, humanitas non est species, nec animalitas genus.

5. Meth. c. 6. in princ.

Postquam S. Doctor ordine mirifico manifestauit essentias compositarũ substantiarum, eundem generationis ordinem secutus, applicat easdem ad intentiones logicales, seu intelligibiles ab humano

Exposit. ad c. 4.

mano inuentas intellectu: at quoniã aliquibus essentiis tribuũtur,aliquibus uerò non;in prima parte,quibus non attribuantur aperit:in secunda quibus attribuuntur declarat; in tertia cuncta hęc quodam pulcherrimo correlario manifestat; Adeò,quòd tria hęc in capite isto est in summa facturus. Quò igitur ad primũ,inquit;(Viso quid significet, &c.) sed antequam ad hęc explananda uenia mus:sciendum est,quòd intentiones Logicæ appellantur intentiones intelligibiles;quia eas ratio adinuenit in rebus cõsideratis,huiusmodi uerò intẽtiones naturę entibus ęquiparantur, eo quòd cuncta rationis entia,naturę entia cõsequũtur,& ab ijsdem mensurantur(ut alias dictum est): quapropter subiectum sciẽtiæ Mèt.in quo consideratur ens. in quantũ ens logicæ subiectum ęquiparatur : qua in re,subiectum Met.appellatur scientia communis de rebus : subiectum uerò logicę scientia communis de intentionibus:& quemadmodum omnia entia re- *Notan.*

ducuntur

ducuntur ad decē cathegorias, quę rursus ad quatuor generalia possunt reduci; nempe ad genericam, specificam, differentialem, & indiuidualem naturas: ita ab humano intellectu, quatuor intentiones, his aptissime correspondentes. Vnde genericæ naturæ, genus, specificæ, species, & differentiali, differentia, numericæ denique naturæ indiuiduum: Meminit tantum in præsentiarum S. Th. generis, speciei, & differentiæ, cum quælibet indiuidua implicite in specie contineantur. His autem sic uisis; quærit primo S. D. quibus naturis species, genus, & differentia attribuuntur, & statuit tres conclusiones circa id, quarum prima talis est.
Conc. 1. S. Tho. Impossibile est, qđ ratio generis, vel speciei, seu differentię conueniat essentię, secundum quod significatur per modum partis: id uero unica dumtaxat
rat. S. T. ratione probat, quę est talis. Illud, cui attribuitur ratio generis, vel speciei, uel differentię, necessario debet prędicari de contentis sub se: at humanitas, animalitas,

litas, rationalitas non prædicantur de contentis sub se: ergo illi non potest attribui ratio speciei, generis, seu differentię: maior patet; quia cum illę intentiones sint intelligibiles, quorum ratio est vniuersitas, de ratione uero vniuersitatis est, ut dę eorũ inferioribus prędicentur. Minor etiam probatur: illę essentię significantur per modum partis, quibus repugnat prędicari de toto: & hoc idem asserit Auic. inquiens, quod animalitas non est genus, sed principium generis: similiter humanitas non est species: sed principium speciei; quia, quando sunt aliqua duo, illud, quod est principale in ea, merito potest appellari principium: cum uero animalitas, humanitas, rationalitas significent, & dicant principaliores partes: propterea recte dicit Auicenas, quod non sunt genus, species, & differentia, sed principia eorum.

Similiter etiam non potest dici, quod ratio generis, speciei, differentię, conueniat essentiæ, secundum quod est quędã

res

res existens extra singularia: ut Platonici ponderãt: quia sic genus & species nõ prædi carentur de hoc indiuiduo:non.n. potest dici,quod sor.sit hoc,quod ab eo separatum est,nec separatũ illud proficit incognitione huius singularis signati.

expositio Postquam S.Tho. sufficienter ostenderat,quod intentiones Logicæ nõ possunt attribui essentijs substantiarum cõpositarum in abstracto dumtaxat desumptis;hic nititur probare,quod huiusmodi intentiones Logicæ multo minus Platonis ideis possunt attribui.talem in medio conclusionem ponendo.s. Ratio generis,speciei, differentiæ non possunt attribui quibusdam essentijs existentibus extra singularia,quas,ideas Platonici uocitant; idque probat ferè per idem medium superius allatum.s.illud,cui debẽt huiusmodi intentiones attribui, prędicari debet de suis inferioribus. At Ideę non possunt prædicari de suis inferioribus, cum secundum Aristo. sint realiter separatæ ab illis. Vnde non

Conc. S. Tho.2.

po-

potest dici, quod fortes sit hoc ab eo, quod separatum est, ergo non possunt eis attribui: sed quispiam dicere posset, quod Ideæ, quamuis non ualeant ad prædicationem, ualent tamen ad cognitionem huius singularis, & propter hoc tales possunt eis attribui intentiones. Remouet hoc S. Doctor inquiens, quod hęc sententia non est uera: neque rationem falsitatis adducit S. Tho. quia arbitror, hoc adeo illi apertum esse, ut ulteriorem non exigeret rationem, satis enim percompertum est, eas nõ esse principia essendi huius, ac illius indiuidui; & per consequens, neque cognoscendi naturas eorum sed libeat parumper circa Ideas immorari; q̃m multi referthanc ueritatem agnoscere: cum omne genus hominum ueritatem amplecti oporteat. *Obiectio.* *Satisfactio.* *Plato. 5. de Rep.*

Primo explicabimus quid Arist. attribuat in hoc negotio Platoni: ut uidere licet in primo posteriorum ubi inquit valeant Ideæ, monstra. n. sunt: in secundo physicorum. tex. 16. in 7. Diuinorum à *Notan.* *de Ideis. quæstio magna.*

tex.

tex.44.usque ad tex.59.& primo ethicorum tex.92.ait Ar.duplici ratione, Platonem posuisse Ideas, primo ut essent principia scientiarum, secundo generationis.at quoniam: (ut bene ait Porphirius) altissimum negotium est huiusmodi, & maioris egens inquisitionis; Ideo Arist. placita de mente Platonis ponemus cum solutionibus eiusdem Arist. 2. enarrabimus quid in rei ueritate sit tenendum de mente Platonis. Illis in locis aiebat Plato de mente Arist. scientias esse sempiternorum similiter diffinitiones esse sempiternas, quæ in demonstrationibus sunt media (ut etiam assensit Ar.primo posteriorum) at horum inferiorum est etiã scientia; ergo vt id contra Priscos phylosophos possit tueri, necesse est, cum hæc, quæ inter nos uersantur, sint corruptibilia, & commutabilia aliquas earum rerũ species abstractas, atque subsistentes reperiri, sicq; pisciũ, & ferrarum & consimilium puræ, ac per se subsistentes essentiæ, sint, q̃ formæ rerũ con-

Vide eu-se. Pamph. c. 12. lib. 6

Difficile est hoc in loco metin mentem Pl.

Porphy.

ratio 1.

constantium naturarum, seu Ideæ communiter recte appellantur, quę, & sunt sempiternorum, cum a materia, quæ est generationis, & corruptionis subiectū, sint seiunctę, & necessariorū (vt patet.) Quam sententiam egregie Arist. 7. Diuinorum reijcit, nitens semper probare impossibile fore vniuersale, vt uniuersale est per se subsistere; multoque minus possibile est, formas materiales a materia seiunctas intelligere secundum rē; quamuis non repugnet secundum rationem (ut habetur ab eadem Arist. secundo physicorum) & hoc sufficit, ut de illis habeatur scientia, quæ sit tum sempiternorum & necessariorum cum quidditas eorum abstrahat, ab esse etiam existentię. *Contra.*

Alia ratio est; vt Ideas iuxta allatam doctrinam ponere cogat; quę est huiusmodi; & desumitur ex parte actionis trāseuntis; Multę quippe reperiuntur species, quibus ullum particulare agens assignatur, ueluti accidentia, & ea, quæ ex *ratio 2.*

putri

putri materia generantur; ne ergo dicatur, quod a casu proficiscantur, necessaria est positio Idearum Ad profecto ualde minus necessitatis est: ut propter id Ideæ ponantur; percompertum.n.est ad hæc prodeunda sufficere agens vniuersale cum dispositione materiæ. Qua in re merito contra hos Arist. primo Diuinorum argumentatur, probans, eas neque scientiæ nec motui, multo minus esse, deseruire: primo etenim probat, quod sint inutiles ad motum; quoniã per eas non sunt causæ efficientes; sed formales, quæ, (vt clarum est) neque motus, neque mutationis sunt causæ: secundo qđ non sint utiles ad scientias; probat ex diffinitione ipsius scire, quod est noscere substantiam eius. At hæ Ideæ, neque sunt substantiæ eorum, neque quicquã illorum; quia iuxta illos non sunt in re; sed extra rem, quod non sint utiles ad esse rei, probat Arist. quia formæ, quæ valent ad rationem essendi sunt unitæ rebus; quod repugnat rationibus talium Idea-

Respon.

1. Met. Contra triplici ratione.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

Idearum Nihilominus stante hac veritate, uidetur, aut Arist. non intellexisse Platonem, aut non aduersus illum instare, sed aduersus illos, qui sequebantur Platonem non intelligentes magistrum, nec modum, secundum quem posuit ideas. Habemus, enim in Platone, & præsertim in Timæo, quod non hoc modo posuerit Ideas, ut imponit ei Ar. & nè in aere loqui videamur, adducem⁹ quasdam solemnes Platonis auctoritates, multis in locis collectas, quarum prima est in lib. 7. de Rep. quo in loco ait Plato, Ideam boni regnare in mundo intelligibili, in Timeo affirmat, opificem mundi immitatum fuisse exemplum sempiternum, quod in mente eius reperitur; Vnde Boetius; ducis ab exemplo pulchrum pulcherimus ipse; Insuper Plato affirmauit mundum sensibilem esse vnum continentem omnia; quia ad similitudinẽ vnius est formatus: hoc uero vnum ad cuius similitudinem est formatus Idealis est mundus in prima men

Sententia vera Platonis.

Vid. Eu. pamph. a 10. l. 6

Vide Boetium de con. 3. in Meth. 9.

te refulgens. Ex his ergo patet, quod non dixit, quod dantur Piscium, ferrarũ ac consimilium, puræ, ac per se existentes substantiæ, seu essentiæ; sed dixit, qđ Ideæ sunt in mente Diuina, non ut accidentia in subiecto, seu, vt forma in alia forma, vel, ut pars formæ iuncta cum alijs partibus: sed sunt Ideæ ipsamet Diuina essentia, ut cætera repræsentans, ut nata imitari, & ut cætera omnia, ueluti causa includẽs: & quamuis omnes Ideæ sint idem in Diuina mente, distinguũtur tamen ratione. Distinctio uero rationis in sacra Thæologia adeo efficax est, vt per hanc in huiuscemodi negotio vna vere negatur de altera, adeo quod non ea ratione, qua producit equum, ꝓducit, & hominem. Ex his colligo, quod Idea de mente Platonis est exemplum, seu exemplar æternum rerũ natura producibilium, in Diuina mente collocatũ, per quod cuncta a primo opifice prodeuntia ei offeruntur, ac producuntur ad extra. Dicitur primo est exemplar; quo-

Quid sacit distinctio rationis in sac. Thæologia.

Quid sit Idea.

quoniam Idea tripliciter desumitur, primo modo secũdũ se, & sic est Diuina essentia; alio modo cum relatione ad Diuinam mentem, & est eius intelligibile, seu intellectio: Tertio modo consideratur, ut refertur ad mundum sensibilem: & sic nuncupatur exemplar, optime itaque dicitur exemplar: Bene igitur ab eodem appellatur exemplar æternũ; quia per hoc Idea seiungitur à cæteris exemplaribus, quæ, cum non sint per se æterna, proprie nequeunt appellari Ideæ; sed per quandam similitudinem; Vnde Magnus illæ Chirone⁹ Plutarcus de Ei verbo græco in Delphici templi Propylæis scripto, quo in loco etiam scriptum erat, cognosce te ipsum; sic de mẽte Diuina, & Deo est orsus; Deus autẽ (si fas est dicere) nec est in tpe aliquo, sed in æterninate immobili cuius nihil prius, nihil posterius, nihil futurum, nihil præteritũ est; sed, cum vnus sit ens in vno; nunc illud, quod est semper repleuit. Solum igitur ipse est vere ens, quod

Idea. 3. desumitur.

Plutarc.

colere, ac salutare oportet. Hæc illæ, & Illustrissimus Platonis expositor Dydimus in libro, quem inscripsit de placentibus Platoni, sic ait, est autem Idæa perpetua substantia, causa & principium; vt singularia talia sint, qualis ipsa est tu autem intellige in repræsentando: Hæc ille; at hæc multo altius sapientissimus ille Moyses, ex quo hęc isti acceperunt, conscripsit, dicens, in principio solē, & stellas; & Cęlum visibilia: seu firmamentum; arridam terram, diem; & noctem, ac omnia visibilia, & inuisibilia, æternū verbum creauit, ob id a D. Patre Augustino, Verbum increatum dicitur forma idest exemplar, non formata; sed formarum omnium forma, idest causa omniū, quæ fuerunt, sunt, ac futura sunt: addit (rerum natura producibilium) ad manifestandū quarum rerum. Ideæ sint causę: mox subintulit (in Diuina mente, & cætera.) Quoniam, quamuis in intellectualibus substantijs sint Ideæ: primo & proprie menti Diuinæ.s. nō participatæ com-

Dydimus ex sentētia Platonis.

D. Aug. sup. D. Io. 1. ca.

competunt: Dicit (per quod, &c.) quia in his uerbis Idearum munera explicãtur, quarum potissimum sunt duo: primo ut intelligibile, primæque mentis cognitio, secundum, ut sint rerum ęternarum causæ: Patet ergo quid sit Idea de Platonis sententia, & quoniam sapientissimus oraculum naturæ Ar. eius sensum haud non attigit; uel nequaquam, merito cũ impossibilitatis repræhenderit; quin potius eiusdem discipulos uarias a magistro doctrinas ponentes, ut etiam fecit Aueroes de vnitate intellectus, nitens ad eius nephandam sententiam Ar. adducere; quibus diligentissime considera tis, consulto inquit. S. Doctor (vt Platonici ponebant) tanquam indignum, arbitrans hoc Diuino Platoni tribuere: cum ab id ab eius mente (uti probatum est) alienum extiterit: ex his etiam sequitur, quod Ideæ sic acceptæ, sunt formæ imitabiles in Diuino intellectu collocatæ: ad quarum similitudinem producuntur creaturæ ex intentione agentis præ-

Correlarium.

2. correl.

Vide S. Tho. de ueritate q. 3.

derminantis sibi finem, quę in repræsentando sunt eiusdem naturæ cum ideatis; per quas res factæ a Deo habent uerius esse in Deo, quã in propria natura quia in Deo sunt esse, & vita Dei: & hoc satis dictum sit de Ideis.

Et ideo relinquitur qđ generis, uel speciei, vel differentiæ ratio conueniat essentiæ, scđm quod significat per modum totius; vt nomine hominis, uel animalis, prout implicitè, & indistinctę continet totum hoc, quod in indiuiduo est.

expositio Exclusis duabus opinionibus, hic S. D. manifestat ueritatem; & ponit hanc conclusionem. Intentio generis, speciei, & differentiæ, conuenit essentijs substãtiarum compositarum prout significant *Con. S. Thom.* per modum totius secundum quod implicitè, & ĩ distinctè contiaent totum, qꝫ est in indiuiduo, & id potest probari a sufficienti diuisione. s. talis intentio non conuenit essentiæ in abstracto sumptæ; nec Ideis Platonicis ergo tali naturæ, quo-

quomodo vero id contingat in sequentibus manifestabit.

Natura autem, vel essentia sic accepta, potest dupliciter cōsiderari uno modo secundum naturam, & rationem propriam: & hæc est absoluta consideratio ipsius: & hoc modo nihil est uerū de ea dicere: nisi, quod conueniat sibi secundum huiusmodi; Vnde quicquid aliorum sibi attribuitur, falsa est attributio v.g. homini in eo, quod est homo conuenit rationale, & animal, & alia, quæ in eius diffinitione cadunt: album uero, uel nigrum, vel quodcunque huiusmodi, quod non est de ratione humanitatis, non conuenit homini in eo, quod est homo.

Ad hanc elucidandam, & probandā conclusionem, tria præmittit auctor primo duas distinctiones ante oculos ponit; secundo excludit duo illarum distinctionum membra, quibus intentiones Logicales accommodari non possunt, tertio ad institutum proficiscitur, & ueri *expositio*

tatem manifestat, & conclusionem probat; Dicit itaque, quoad primum.f.qđ essentia sic accepta, potest dupliciter cõsiderari, scilicet uno modo scđm eius rationẽ ꝓpriam, & talis dicitur absoluta consideratio, Vnde sic accepta, nil de ea prædicatur, nisi, quod conuenit ei in quãtum huiusmodi; ut si diceretur homo est animal rationale, & denique quęcuuq; cadunt in eius diffinitione; quicquid uero aliud vt sic consideratę attribuitur, erit falsa prędicatio.

Ideo, si queratur, utrũ ista natura possit dici vna, uel plures, neutrum concedẽdum est, quia utrunque est extra intellectum humanitatis, & utrunque potest sibi accidere, si.n. pluralitas esset de ratione eius, nunquam posset esse una; cum tamen una sit, secundum quod est in sorte; similiter, si vnitas esset de intellectu, & ratione eius, tunc esset una, & eadem natura, sor. & Pla. nec posset in pluribus plurificari.

expositio Exequitur eius institutum Auctor, in quiens

quiẽs quod, si quis forsan dubitabit, uel interrogabit, utrum illa natura sit una, vel plures, neutrum concedendum est: cum utrunque sit extra intellectum eius, attamen ei vtrunq; acci dere potest, & una dumtaxat ratione hoc probat: supponens, scilicet quod unum, & plura sint opposita. Et primo ꝓbat de pluralitate sic. Illud, quod est de alicuius in tellectu, impossibile est intelligi sine eo. At essentia hominis in forte intelligitur una, ergo pluralitas non est de eius intel lectu: pariterque asserendum est de uni tate, respectu cuiuscunque essentiæ, sic absolute sumptæ tali ratione, si unitas esset de intellectu illius: tunc in quocun que esset vna, & sic non posset plurificari; ergo una & eadẽ essentialiter esset, & Petri, & Pauli, hoc autem est inconueniens ergo & id, quod assumptum est. rat.1.T.

Alio modo consideratur, secundum, quod habet esse in hoc, uel in illo; & sic de ipsa prædicatur aliquid per accidẽs, ratione eius, in quo est, sicut dicitur, qđ

homo

homo est albus; quia sor. est albus, quamuis homini non conueniat in eo, quod est homo, hæc autem natura habet duplex esse unum in singularibus, aliud in anima, & secundum utrunq; consequuntur accidentia dictam naturam; & sic in singularibus habet multiplex esse, secundum diuersitatem singularium & tamen ipsi naturæ secundum propriam considerationem. s. absolutam nullum istorum esse debet: falsum. n. est dicere, quod natura hominis est inquantum homo habet esse in hoc singulari; si. n. esse in hoc singulari conueniret homini, inquantũ est homo, non esset unquam extra hoc singulare; similiter si conueniret homini inquantum est homo, non esse in singulari: nunquam esset in eo; sed verum est dicere; quod homo, in quantum est homo non habet quod sit in hoc singulari, vel in illo. Patet ergo quod natura hominis absolute considerata abstrahit à quolibet esse: ita; quod non fiat præcisio alicuius eorum & hæc natura sic con

sidera-

siderata, est, quæ prædicatur de omnibus indiuiduis.

Hoc in loco S.D. secundam distinctionem essentiæ tradit, quæ est huiusmodi, scilicet, quod potest secundo considerari talis natura secũdum esse, quod habet in hoc, uel in illo, & sic aliquid prædicatur de ea per accidens, ratione eius, in quo est, sicuti solemus dicere, quòd homo est albus; quoniam Hieronymus est albus; at quoniam hæc natura, non modo in singularibus, uerum etiam per suã speciem, in anima est, quamuis ex se cõsiderata abstrahat ab omni esse: Ideò, & aliqua accidentia consequuntur eam, & secundum esse, quod habet in anima; & secundum esse, quod habet extra animã. *expositio*

Accidens verò, quod consequitur eam, prout habet esse extra animam bifariam desumi potest; vno modo, ut appelletur accidens proprium; alio modo, ut appelletur accidens commune; proprium accidens emanat à principiis essentialibus speciei; & dicitur accidens prædicamentale; *Duplex est accidens extra animã.*

tale;& primò,& per se speciei conuenit; secundario uerò competit indiuiduis; ut patet de risibili in homine, accidens uerò commune emanat ab ipsis indiuiduis ex scilicet indiuiduationis principiis: cum ex elementorum diuersa constitutione varia causentur accidentia, & appellatur accidens prædicabile quintum: & primo conuenit indiuiduis: secundario speciei, prout principia speciei

Accidentia realia. conseruantur in singulis. Hæc igitur accidentia sunt realia: & consequuntur naturam, prout habet esse reale: Si verò cõsideremus talem naturam secundum esse, quod habet in anima; eius etiam accidentia ipsam consequi intuebimur, quæ entia rationis appellantur, ut genus, species, differentia, indiuiduum. Vnde rectè

accidentia intẽtionalia. (inquit S. Thom,) quòd secundum utrũque esse hæc accidentia consequuntur essentiam; & diuersa accidentia, secundum diuersum esse: quare concludit dicens, quod huiusmodi natura, prout habet esse in singularibus secundum singu

la-

larium diuersitatem, diuersificatur; ita tamen, quod illi iuxta eius primam acceptionem, & propriam diffinitionem, nullum horum esse dicitur. Et hoc probat tali ratione; quoniam, si homini in quãtum homo conueniret in hoc singulari esse, nunquam profectò extra illud singulare existeret; similiter, si illi in hoc singulari esse repugnaret, nunquã homo, quatenus homo esset in sorte, & Platone. Concludit denique, dicens, quòd natura absolute considerata abstrahit a quolibet esse, hac dumtaxat cõditione, ꝙ nõ sit præcisio, uel exclusio alicuius eorum cum utrumque illi possit conuenire. ratio S. Tho.

Non potest dici, quòd ratio uniuersalis cõueniat naturæ sic acceptæ, quia de ratione uniuersalis est unitas; & cõmunitas. Naturæ autem humanæ neutrum eorum conuenit, secundum suam absolutam considerationem: si enim communitas esset de intellectu hominis; tunc in quocunque inueniretur communitas, & hoc falsum est; quia in sorte non inueni-

tur

tur communitas aliqua, sed quicquid est in eo, indiuiduatum est.

expositio His in uerbis auctor remouet a prędictis diuisionibus duo membra, quibus intẽtiones logicales haud attribui posſũt, quorum primum tale est, & erit etiam pro conclusione.

Conc. S. Thom. Essentiæ, seu natura absolutè considerata huiusmodi intentiones nequaquã attribui possunt, & adhoc comprobãdũ, talem inducit rationem.

pro S. T. Ei de cuius natura, seu ratione nõ est unitas, uel communitas non potest attribui intentio logica. Sed de ratione essẽtiæ absolutæ consideratę, non est unitas, seu communitas, ergo ei nõ potest attribui intẽtio logica. Maior ex se clara est: quoniam secundum Arist. 1. Posteriorũ uniuersale est in multis de multis unum. Minorem sic probat auctor; quoniam si unitas, uel communitas essent de ratione naturę humanę, sic consideratę, tunc in quocunque inueniretur natura hominis, inueniretur communitas, quod èconTrario

trario apparet in sorte, & Petro: quoniā quicquid in illis est, indiuiduatum est, vt patet superius. Similiter asserendū est de unitate; quoniam tunc tolleretur cōmunitas; ac proinde plures homines nō essent unus homo.

Similiter etiam non potest dici, quòd ratio generis accidat naturę humanæ, secundum illud esse, quod habet in indiuiduis, quia non inuenitur in indiuiduis natura humana secundum unitatem, ut sit unum quid conueniens cuilibet; qđ ratio uniuersalis exigit.

Nunc excludit secundum membrū, & statuit hanc conclusionem. Huiusmodi intentiones Logicales non sunt attribuendæ cuicunque naturæ, prout habet esse in alio. s. in indiuiduis, & probat sic. Illi de cuius ratione non est unitas, nō potest attribui intentio Logica; sed de ratione naturæ, prout est in indiuiduis, non est unitas, sed pluralitas ergo & cætera.

expositio con. 2. S. Thom. pro s. T.

Relinquitur ergo quod ratio speciei

accidat naturæ humanę secundum illud esse, quod habet in intellectu. Ipsa enim natura habet esse in intellectu abstractum ab omnibus indiuiduantibus; & habet rationem vniformem ad omnia indiuidua, quę sunt extra animam; prout essentialiter est imago omnium, & inducens in cognitionem omnium, in quantum sunt homines & ex hoc, quod talem relationem habet ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei, & attribuit sibi. Vnde dicit Cômentator primo de anima, quod intellectus est, qui facit vniuersalitatem in rebus. hoc etiam Auic. in suæ Metth. octauo dicit.

Co. 8. in medio.

expositio Hoc in loco, S. Doct. uenit ad quæsiti radicem, indicans qualiter essentię attribuatur intẽtio Logica, & hoc facit a sufficienti diuisione. Qua in re ponatur de mente eius talis conclusio.

con. S. T.

Natura humana secundum esse, qđ habet in anima est vniuersalis & hoc dupliciter probatur: primo per ly (relin-

quitur, &c. secundo per ly (ipsa enim natura,& cętera) & ratio est huiusmodi. Ista intentio Logica, scilicet genus, species, differentia, indiuiduum, uel attribuitur naturę absolutè consideratæ, uel prout est in indiuiduis, uel, ut est in anima; non primo modo nec secundo modo, uti probatum est, relinquitur ergo tertio modo quod talis intẽtio attribuatur secundo probat sic: natura humana secundum quod est in anima, est una, & est communis ergo sic est uniuersalis, patet consequentia a descriptione, ad descriptum. Antecedens sic declaratur. Natura humana est in intellectu per speciem intelligibilem repræsentantem ipsam, ut est abstracta ab omnibus principijs indiuiduantibus per quę distinguebatur in singularibus: remotis autem principijs distinctiuis res remanet indistincta: ac proinde, una; ergo ut sic est una, & hoc probatur, quia ita eius ratio æqualiter, & uniformiter conuenit omnibus eius suppositis. Est etiam communis: quoniam illa speies est æqualiter

pro. 1. *pro. 2.* *quomodo natura humana sit intell.*

omnium hominum similitudo: & ducit intellectum in omnium agnitionem hominum, quatenus sunt homines. Hanc autem relationem talis naturæ ad omnia indiuidua significat hoc nomen species, & hoc nomen uniuersale; his additur etiam Auerois auctoritas in primo de anima aientis. Intellectus est, qui facit vniuersalitatem in rebus. i. rebus attribuendo vniuersalitatem: cui etiam subcribit ille Magnus Auic. 8. Met. idẽ fere dicens.

Aueroes co. 8.

Et quamuis hęc natura intellecta habeat rationem uniuersalis, secundum ꝙ comparatur ad res, quæ sũt extra animam: quia est una similitudo omnium: tamẽ secundum quod habet esse in hoc intellectu: uel in illo est species quędam intellecta particularis. Et iõ patet deffectus Com. ĩ 3. de anima, qui voluit ex vniuersalitate formæ intellectæ, unitatem intellectus concludere: quia nõ est vniuersalitas illius formæ, secundũ hoc esse, quod habet in intellectu; sed secun-

Aue. 3. de anima c. 5.

dum

dum quod ad eas refertur,eſt ut ſimilitu do rerum ; ſicut etiam ſi eſſet vna ſtatua corporea reppræſentans multos homines,cõſtat,quod illa imago, uel ſpecies ſtatutę haberet eſſe ſingulare, & proprium,ſecundum quod eſſet in hac materia,ſed haberet rationem communitatis ſecundum quod eſſet commune rapræſentatiuum plurium.

His in verbis S. Doctor tres dubitationes e medio tollit, quarum prima talis eſt. Quidquid eſt in ſingulari, eſt ſingulare;cum recipiens, & receptum debeant eſſe proportionata.At intellectus meus,in quo eſt illa natura, eſt ſingularis ergo huiuſmodi natura erit ſingularis. *expoſitio* *1. inſtã. S. Th.*

Hanc itaque remouet dubitationem per vnicam dumtaxat diſtinctionem,inquiens,quod illa natura cõſideratur dupliciter.ſ.ſecundum eſſe,quod habet in anima:alio modo ſecundum quod comparatur ad res extra animam:primo modo eſt ſingularis:nõ autem ſecundo modo *reſp. ad obiecta.*

do intelligitur,non autem primo; uel aliter respondendum esset,quod hæc natura est particularis in essendo, non autem in rapprȩsentando, seu significando,ut desumitur hoc in loco. Ex his S. Doctor tollit quendam errorem, com. grauiter in hac materia peccantis in tertio de anima,asserentis,in omnibus hominibus vnum esse intellectum:illumq; esse quandam substantiam separatam assistentem hominibus, cunctisque copulari per phantasmata:hincque asserebat, animam cogitatiuam esse uere formam specificam hominis, non autem intellectiuam:& in numero bestiarum (ut vera bestia) se existimabat. Vnde hoc contrariatur phylos. qui in secundo de anima numerat intellectum inter potentias animæ: ergo non est extra animam humanam sed est quædam pars eius. Item in tertio de anima intellectum possibilē nominat partem animæ,qua sapit,&c.& ponit esse aliquid animæ humanæ quo anima humana intelligit,&c. & ad vlteriorem

error cō. 3. de anima.

Vnitas intellectus Auerois.

Con. Auerroem ex dictis Arist.

Ar. 3. de de anima tex. 2.

riorem

riorem doctrinam, ait, dico autem intel lectū, quo opinatur, & intelligit anima: quà in re fuit expressè huius sententię, quod anima intellectiua sit forma substantialis hominis, dans sibi esse, & constituens ipsum in esse specifico. ut patet in 12. Meth. com. 16. neque ualet ex vniuersalitate formæ intellectę vnitatem intellectus concludere quia (vt dictum est) non est vniuersalis forma, secundū esse quod habet in intellectu; sed secundum quod refertur ad res extra: & ponit quoddam exemplū materiale, inquiēs, si esset uña statua corporalis, rappresentās multos homines, illa imago secundū esse eius esset singularis, puta in hac materia, attamen rappræsentaret plures homines; quatenus imaginem gereret plurium hominum: Idem potest dici de specie; quæ est in intellectu; quę est vniuersalis in rappræsentando, particularis, seu singularis in essendo, ut patet. *vera opin. Ar.*

Et quia naturę humanæ secundum suam absolutam considerationem con-

uenit,quod prædicetur de forte,& ratio speciei non cõuenit sibi secundum suã absolutam.s.humanæ naturæ considera tionem: sed est de accidentibus, quæ consequuntur eam secundum quoddã esse,quod habet in intellectu: Ideo nomen speciei non prædicatur de forte:ut dicatur for.est species: Quod de necessitate accideret; si ratio conueniret homini secundum esse,quod habet in forte,uel secundum suam absolutum consi derationem,scilicet in quantum est homo;quicquid enim cõuenit homini, in quantum est homo prędicatur de forte.

expositio Dub. 2. Arist. ante prædicam. satisfactio.

Hoc in loco mouet secundam dubitationem, quæ est talis; ista est uera prædicatiò:homo est species:& sortes est homo, quæri potest,quare non sit recta prędicatio,sortes est species cum habeatur ab Arist. in prædicamentis; quando alterum de altero prædicatur, quicquid prædicatur, dę prædicato prædicatur & de subiecto? occurrit ergo huic obiectioni,dicens,quod non ualet: quia cõ-

mittitur

mittitur fallacia accidentis quia aliter ly mediũ homo accipitur in prima propositione:aliter uero in secunda,in propositione in prima prout hẽt esse in intellectu consideratur homo;in secunda prout habet esse in rerum natura: sed animaduertere oportet quod dictum,seu regula Ar. verificatur in prędicationib. essentialibus realibus:& per se,& quando prędicatum assumitur eodẽ modo, sicut in prima propositione,ita in secunda. Vnde optime dicit S.Doct.quod ratio concluderet, quod sortes esset species, si ratio speciei conueniret homini, in quantum homo est habens esse in Petro.

Et tamen prædicari conuenit generi per se, cum in eius diffinitione ponatur,prædicatio.n.est quoddã,quod completur per actionem intellectus componentis, & diuidentis, habens fundamentum in re, ipsam vnitatem eorum quorum unum de altero dicitur: Vnde ratio prædicabilis potest claudi in ra-

tione huius intentionis, quæ est genus, quæ similiter per actionem intellectus completur; nihilominus id, cui intellectus intentionem prædicabilitatis attribuit componens id cum altero, non est ipsa intentio generis: sed prius id, cui intellectus intentionem generis attribuit, sicut quod significatur hoc nomine animal.

expositio 3. dub. Hic Auctor remouet tertiam dubitationem, inquirens, utrũ prædicatio possit generi per se attribui: Cui satisfacit, dicens, quod sic. Hocque probat hac ratione. *satisfactio rat. S.T.* Quia illud conuenit alicui, per se quod ponitur in eius diffinitione. At prædicari ponitur in generis diffinitione; ergo potest ei attribui. Maior ex se est euidens. Minor probatur, quoniam prædicatio est quoddam quod completur per actionem intellectus componentis, & diuidentis licet fundetur in re, scilicet in ueritate eorum quorum vnũ de altero prædicatur. Cum igitur ratio huius intentionis, quæ est genus, compleatur

pleatur per actum intellectus, bene sequitur, quod ratio prędicabilitatis posbt ei attribui. Sed animaduertere necesse est, quod prædicatio de his est duplex. s. formalis & denominatiua. Quod prædicatur de homine, & boue denominatiuè est animal, quod prędicatur formaliter est genus. Et hoc est, quod ait illud cui intellectus rationem prædicabilitatis attribuit; componens unum cum altero, non est ipsa intentio generis, sed potius illud, cui intellectus intentionē generis attribuit; sicut quod significatur per hoc nomen animal. *Notan.* *prædicatio denominatiua, & formalis*

Sic ergo patet qualiter essentia, uel natura se habet ad rationē speciei, quia ratio speciei: non est de illis, quæ conueniunt ei secundum suam absolutā consi derationem; neq; de accidentibus; quæ consequuntur ipsam secundum esse, qđ habet extrà animam, ut albedo, uel nigredo; sed est de accidentibus, quæ con sequuntur eam, secundum esse, quod ha bet in intellectu, & per hunc modum cō *Correl.*

uenit

uenit sibi ratio generis, uel differentiæ.

expositio Solutio iam dubijs, volens extremã manum his imponere, in medium affert quoddam correlarium, inquiens, scilicet quod ex his, quæ iam dicta sunt patet; qualiter essentia se habeat ad rationem speciei, & ad ea, quæ conueniunt illi se- *Correl.* cundum eius absolutam consideratio-nem, uidelicet secundum esse, quod habet extra animam, idest in ipsis indiuiduis, & quomodo species, & genus sint de accidentibus, quæ competunt ei secundum esse, quod habet in intellectu, ac per hunc modum conuenit sibi ratio generis, speciei, & differentiæ; & hæc dicta sufficiant quo ad quartum capitulum.

CAPVT QVINTVM.

NVnc restat uidere secundum quẽ modũ essentia sit in substantijs separatis. s. in anima intelligentijs, & causa prima.

ma. Quamuis autem causæ primæ simplicitatem omnes phylosophi concedant, tamen compositionem materię & formæ in intelligentijs,& animabus quidam nituntur ponere, cuius positionis fuisse dicitur Auicebrō Auctor libri fontis vitæ. De essentijs sub. simp.

Expositio suprà quintum cap.

POstquam S. D. egit sufficienter de substantiarum compositarum essentijs, in quarum cognitionem (ut idem S. Doc. attestatur in commentarijs, super Iob cap.4. lectione secunda) nulla inquisitione possumus a priori peruenire: & præsertim Dei omnipotentis, qui cognoscitur in hoc statu potius negatiuè,quam affirmatiuè remouendo ab eo omnia imperfecta. Qua in re solent dicere phylosophi,quod est immutabilis, impassibilis,ingenerabilis, incorruptibilis,exemplar, prima causa,finis entium, a quo Cœlum & natura dependent; & se- expositio D.T. super Iob c.4. Deus in hoc statu potius negatiue quam affer.cog.

ſecundum viuere & ſecundum eſſe. De quo ſermonem facientes omnium animorum ſententia aſſerunt ſimplicem eſſe, ac perinde purum actum: attamen (illo dumtaxat excepto) multi cęteras intelligentias compoſitas. ſ. animas Angelos poſuerunt, compoſitione (inquã) ex forma & materia. Has ergo difficultates aggredientes. Præſens cap. in tres principes partes ſeccabimus; in quarum prima remouet quaſdam opiniones circa ſubſtantias ſimplices: in ſecunda de earum eſſentijs determinat: in tertia q̃ (ſecundum Reuerendiſs. Caiet.) erit ſept. cap. adunat eſſentias ad tria genera: & multa iam dicta ab eodem perluſtrat. Circa primum talem ſtatuit conclusionem. ſ. omnes Deũ ſimplicem omnino faciunt, & hoc probatur per ſententiam omnium rectè phyloſophantium, qui Deum Benedictum omnino ſimplicem demonſtrarunt. Quoniam ſicuti reperitur aliqua potentia à qua excluditur omnis actus, ita reperitur aliquis

Omnes phyloſophi Deũ ſimplicẽ eſſe affirmant.

Diuiſio cap.

Con. S. Thom.

quis

quis actus a quo excluditur omnis potentia; huiusmodi autem est Deus, ergo, &c. secundo de mente Aui. ponitur talis conclusio. Omnes substantiæ preter primam sunt compositæ ex materia & forma. Sententiam Auicebronis seu probationem conclusionis non ponit: quoniam multis iam in locis posuerat ut uidere licet in p. p. q. 2. ar. 2. & q. 75. ar. 5. & est ista, scilicet in quocumque reperiuntur proprietates materiæ, ibi reperitur & materia: at in Angelis, & animabus reperiuntur proprietates materiæ: ergo in illis reperitur & materia: maior est uerissima cũ proprietates cuiuscunque naturæ haud separetur ab ea cuius extat proprietas: Minor vero probatur: proprietas materiæ est, ista recipere, subici, & transmutari: & omnia ista inueniuntur in Angelis, & animabus: ergo Angeli sunt compositi ex materia & forma; & anima intellectiua similiter. Sed pudeat istum aliàs phylosophum magnũ se in fallacia æquiuocationis decepisse. Quo-

Con. 2. quæ est Auicebr.

1 con. de mẽte Auicebronis.

Loci S. Thom.

Contra hanc sententiam.

Respon. ad eius rationē. Quoniam verum esset si reperirentur p prietates materiæ secundũ eandem rationem, qua conueniunt materiæ. Vnde in proposito neganda est minor, quandoquidem aliter recipere, subici, &c. conueniunt intellectui, Aliter materiæ; materia.n.indiuidualiter recipit, & subicit, hæc autem absolutè. Vnde consultò Angelicus Doctor subintulit.

Hoc autem dictis phylosophorum reperitur esse contrarium; quia eas substantias a materia separatas nominãt, & absque omni materia esse probant cuius demonstratio potissima est ex uirtute intel-

rat.S.T. ligendi, quæ in eis est. Videmus.n.formas non esse intelligibiles in actu nisi secundum quod separantur a materia, & a conditionibus eius, nec efficiantur intelligibiles in actu nisi per uirtutem substantiæ intelligentis, secundum quod re

Con. eũ & est demonstratio potis in phylosophia. cipiuntur in ea, & secundum quod agũtur per eam: Vnde oportet, quod quælibet substantia intelligens sit omni modo a materia, libera, ita ꝙ nec hẽat mate

riam

riam partem sui, neque etiam sit sicut forma impressa materiæ, ut est de formis materialibus.

His in verbis S. D. contra Auicebrõ e regione hanc conclusionem ponit. Impossibile est ꝗ animæ, & Angeli sint compositi ex materia & forma ꝓb. Illud cuius virtus est immaterialis, ipsum quoque erit immateriale. At uirtus substantiæ intelligibilis, & intelligentis est immaterialis: ergo & ipsa substantia erit immaterialis. Maior est uera, cum quælibet virtus sequatur essentiam, & naturam rei. Minor probatur ab eodem. Illud quod recipit in se aliquod immateriale, uel facit aliquod esse immateriale illud de necessitate (inquam) est immateriale, sed uirtus substantiæ intellectualis est huiusmodi; ergo talis substantia est immaterialis. Maior habet duplicem partem: & quo ad vtranque probat sufficienter S.D. quo ad primam quia recipiens, & receptum debent esse proportionata: quo ad secundum quia nihil

expositio Con. 3. con. Aui. rat. S.T.

hil agit ultra eius speciem: Minor probatur intelligere est operatio penitus immaterialis: ergo uirtus eius erit immaterialis. Antecedens probatur. obiectum (à quo quilibet actus speciem Sortitur) est immateriale; ergo & intelligere erit immateriale. Antecedens probatur, quia vnum quodque intelligitur quatenus a materia abstrahitur, cũ formæ materiales in indiuiduo non appræhendãtur ab intellectu: consequentia de se est nota.

Nec potest dicere aliquis quòd intelligibilitatem non impediat materia quælibet, sed materia corporalis tantũ: sit enim hoc esset ratione materię corporalis tantum, cum materia non dicatur corporalis nisi secundum quòd stat sub forma corporea; tunc oporteret, quòd hoc haberet materia à forma corporali, impedire intelligibilitatem, & hoc nõ potest esse, quia & ipsa forma corporalis actu intelligibilis est, sicut & aliæ formæ sed'm quod a materia abstrahuntur.

con fugã Auic.

Materia ex se im pedit intellectionem.

Hoc

Hoc ia loco satisfacit tacitæ euidam obiectioni. s. aduersarij vtique dicere possent, quod non quælibet materia intellectionem impedit, sed tantum corporalis destruit autem hoc S. Do. iuquiēs, aut materia vt corporalis est impedit intellectionem, aut quatenus materia est; si primo tunc daretur hoc absurdum qđ nullæ formæ corporales intelligerentur; quia materia non est corporalis nisi ꝑ formā corporalem; & vnumquodq; propter quod, & illud magis. Si secundo ergo omnis materia impedit intellectionem, quod erit intentum. *instātia cōtra iā dicta.* *Satisfa. rat. S.T. Arist. 1. post.*

Vnde in anima intellectiua; & intelligentia nullo modo est compositio ex materia, & forma vt hoc modo accipiatur materia in eis sicut in substantijs corporalibus, sed est ibi compositio formæ, & esse. Vnde in commento nonæ propositionis libri de causis dicitur quod intelligentia est habens formam, & esse: accipitur ibi forma pro ipsa quidditate, uel essentia simplici. *expositio*

M Hoc

Hoc in loco est intellectus S. Doct. concludere eius dicta, & quācunque e superiorum dictorum difficultatem auffere dicens quod ex his constat, quod neque Angeli seu intelligentiæ, neque anima est composita ex materia, & forma, si stricte accipiatur materia, quamuis illi aliqua compositio non repugnet. s. ex esse & essentia, ut fidem facit mag. in cōmento nonæ propositionis in libro de causis quo in loco ab eodem asseritur, quod intelligentia est habens formam, & esse, quod si instetur haud possibile fore, essentiam, seu aliquam formam reperiri, quæ sit forma tantum, ac proinde sine materiæ concretione existere; hoc (inquam) possibile esse nititur ostendere; nullamque falsitatem eius lucidissimam sententiam habere, per hæc, quæ sequuntur.

Et quomodo hoc sit, plenum est uidere; Quæcunque, n. ita se habent ad inuicem, quod vnum est causa alterius illud, quod habet rationem causæ potest habe-

habere esse sine altero; sed non conuertitur. Talis autem inuenitur habitudo materiæ, & formæ, quod forma dat esse materiæ: & ideo impossibile est esse aliquam materiam sine forma, sed non est imposibile esse aliquã formam sine materia; forma. n. non habet in eo quod forma dependentiam ad materiam, sed si inueniantur aliquæ formæ, quæ non possunt esse nisi in materia hoc accidit eis secundum quod sunt distantes a primo principio, quod est actus primus & purus; Vnde illæ formæ, quæ sunt propinquissimæ primo principio sunt formæ per se sine materia subsistentes: non enim forma secundum totum genus suũ materia indiget (ut dictum est) & huiusmodi formæ sunt intelligentiæ: & ideo non oportet vt essentiæ uel quidditates harum substantiarum sint aliud, quam ipsa forma.

Et est talis ratio, quotiescunque sunt aliqua duo quorum vnum est causa alterius: & non e conuerso: id quod habet ra- xpositio

 tio-

tionem causæ potest esse sine alio, & nõ è conuerso, at forma respectu materiæ est huiusmodi, ergo, maior est euidẽs, & est magnum phylosophorum axioma. Minor vero probatur: quia forma est illa, quæ dat esse rei materię: & non è conuerso. Sed animaduertendum est quod *Notan.* in proposito tripliciter forma desumi potest, uno modo pro forma, quæ est pars compositi secundo modo pro forma, quæ non est pars essentiæ nec esse potest; tertio modo pro forma, quæ est *forma 3 sumitur.* communis ad hanc & ad illã ueluti quodam genus. Primo modo sumpta est correlatiua materię: & habet dependentiam ad materiam; secundo modo hæc nulhactenus dependet a materia: tertio modo assumpta prædicatur & de ea, quę est pars compositi; & de ea, quę non est pars compositi; hincque ait quod forma secundum genus tantum non dependet a materia, sed secundum quod distat a primo prin cipio. Vnde iuxta eius Do-

Correl. ctrinam

ctrinam correlariè asserere possumus quod inter formarum genera aliquæ sunt, quæ in fieri & secundum esse ab ipsa materia dependent, ut animæ brutorum, quæ ex ui transmutationis seminis resultant. Aliquæ uero sunt, quę in fieri & non secundum esse, secundum quid dependent ab ipsa materia ut animę humanæ: (tu autē intellige quo ad animationem, non autem quo ad productionem animę, quia sic actio Dei terminatur ad esse animę immediate eodem cursu quo producit eā in materia posset eam ꝓducere in uacuo) q̄ sunt terminus generationis extrinsecus; quia in corpore creātur a Deo: & nullatenus educuntur è grembio materiæ: at quoniam hoc nō fit, neque creantur nisi disposita materia ad eas, qua in re dispositiue depēdent ab ipsa, quamuis non inexistant ei, sed sint ex se subsistentes. Aliquæ uero sunt quæ nullo modo dependent ab ipsa, & huiusmodi intelligētię appellantur a phylosophis; à Theologis vero Angeli quæ

formæ aliud non sunt, quam ipsamet essentiæ, seu intelligentiæ, ut bene ait S. Thomas.

Not. 2. Notandum quoque est, quod pro formis propinquissimis materiæ intelliguntur formæ, quæ compositi sunt partes: cetere vero magis dicuntur actus, quam formæ: quoniam stantes in utique borum, formæ appellantur formæ ab informando: cum itaque intelligentiæ sint propinquissimæ primo principio nihil informant: quin potius ab ipso esse informantur: Vnde non strictè, sed large eas formas appellare possumus.

In hoc ergo differt essentia substantiæ compositæ, & substantiæ simplicis, quod essentia substantiæ compositæ non tantũ formam nec tantum materiam, sed complectitur formam & materiam: essentia vero substantiæ simplicis est forma tantum. Et ex hoc causantur duæ aliæ differentiæ; & vna est, quod essentia substãtiæ compositæ potest significari ut totũ, vel ut pars, quod accidit propter materiæ

Differ. inter essentias substantiarum simplicium, & compositarum.

riæ designationem vt dictũ est. Et ideo non quomodolibet prędicatur essentia rei compositę de ipsa re composita:non enim potest dici quòd homo sit quidditas sua. Sed essentia rei simplicis,quæ est sua forma nõ potest significari nisi ut totum,cum n;hil sit ibi pręter formã quasi formã recipiens. Et ideo quocũque modo sumatur essentia substantiæ simplicis de ea prędicatur. Vnde Auic. dicit quod quidditas substantiæ simplicis est ipsummet simplex : quia non est aliquod recipiens ipsam. Aui. 8. Meth.c. 5.in me.

Ex his quæ iam dicta extitere. D. Th. colligit quale sit discrimen qualisq; differentia inter substantiarum simplicium, & compositarum essentias. Quarum prima est huiusmodi,s.quòd essentia substãtiæ compositæ non est tantum forma,nec tantum materia, sed quòd utrunque cõplectitur.s.quòd ex compositione utriusque resultat. At substantiæ simplicis essentia est tantum forma: ex quibus consequuntur aliæ duæ differentiæ,quarum expositio 1.differ. 2. & 3. differ.

prima est talis.s.quòd in essentia substantiæ compositæ potest assignari totum: & pars; quod non bene uerificatur de substantia simplici: assignatur, vt quodã totum non excludendo materiæ designationem: pars uerò excludendo simpliciter designationem materiæ. Vnde cum significatur, ut pars, nõ predicatur de toto, quando uerò significatur, ut totum sine distinctè, siue indistinctè, ut homo beue potest prædicari. Si uerò loquamur de substantiæ simplicis essentia: hæc non potest significari, nisi ut totum: cum preter formam ibi nil sit. Qua in re, siue in concreto, siue in abstracto sumatur semper prædicabitur de ea; & affirmat eius sententiam per dictum Auicẽnæ inquiẽtis, quod quidditas simplicis substantiæ est ipsamet simplex: quia non est aliquid aliud recipiens ipsam.

Quilibet Angelus cõstituit vnã speciem.

Secunda differentia est, quia essentiæ rerum compositarum ex eo, quòd recipiuntur in materia designata, uel multiplicantur secundum diuisionem eius: cõ-

tin-

tingit, quòd aliqua sit idem specie: & diuersa numero. Sed cum essentia simplicium non sit recepta in materia non potest ibi esse talis multiplicatio. Et ideò non oportet, quòd inueniantur plura indiuidua unius speciei in illis substantiis. Sed quotquot sunt indiuidua: tot sunt species, ut Auicennas dicit expresse.

Ponit auctor secundam differentiam dicens, quòd cum essentia substantiæ cõpositæ possit recipi in materia signata, sequitur quòd possit multiplicari secundum diuisionem eius: & ideò contingit in ea, quòd sint aliqua eadem specie, & numero diuersa. Sed essentia substantię simplicis cum non sit recepta in aliqua materia, non multiplicatur in pluribus indiuiduis eiusdem speciei, sed quot sũt indiuidua, tot sunt species. Quibus arridet Auicẽnas expresse in eius Meth. Sed ex his insurgit maxima difficultas Thomistarum, & Scotistarum; Scotistæ affirmant, quòd in qualibet specie intelligẽtiarum, & Angelorum reperiuntur plura

expositio

Materia signata est ratio multipl. indiuid.

Not.

Quæstio maxima

ra

ra indiuidua: E regione est scola supra
rat. S. T. & fund. eius. Doc. ut constat in litera: Qua in re ponenda erunt fundamenta S. Doct. secundo ipsius Scoti. Fundamēta uero S. Do. non modò sunt S. Doc. sed etiam eiusdē met Scoti asserentis in 2. sent. dist. 3. q. 7. quancunque differentiam ex forma esse specificam, cum huiusmodi cōpleat speciem: & etiam ab ipsomet Arist. 2. phys. cap. de causis, ꝑpter hoc appellatur species. Si itaque omnis differentia ex for-
rat. Sco. pro S.T. ma est specifica: Differentia Angelorū est ex forma cum nullam habeat materiam, (vt fidem facit Arist. 7. Diuinorū,) ergo huiusmodi erit differentia specifica: & sic specie, & nō numero per illam different. His etiam potest addi, quod Magnus Arist. dicit 12. Diuinorum cap. vltimo, primus motor non habet materiam, ergo non sunt duo numero distincti: adeo quòd tota mens eius est multiplicationem indiuiduorum oriri ex materia: multa etiā possunt dici circa fundamenta: & rationes Thomistarū: at quoniam

niam hæc illustre pertractat Reuer. Caiet. Ideò aliud in hoc negotio non occurrit dicendum. secundò sciendum est, quod Scotus locis recitatis cēset reperiri quandam hæcceitatem, quæ nō originatur ex forma specifica, sed ex materiali quodam positiuo contrahente quidditatē, quod apud eum facit differre numero: hincque imaginatur ille, quod duplex sit materia, quarum una sit pars compositi; altera uerò quæ est extra quidditatem, ut hæccheitas, quæ quamuis nō proficiscatur a materia primò modo sumpta, prouenit tamen a materia secundo modo accepta. Quæ quidem opinio quāquis ex se subtilissima sit; & ab ingenio honorificentissimo prolata, nihilominus valde veteri phylosophiæ aduersatur. Quæcunque differunt num. & sunt unū spec. habent materiam proprie dictam vt dicit Arist. 12. Diuinorum sed per scotum Angeli non habent materiam proprie dictam, ergo non differunt nu. sed specie, secundo per se: hæc heitas est

opinio Scoti.

rat cont. Scotum.

ratio 1.

ratio 2.

vltima actualitas naturæ secundum quã
ratio 3. esse p otest, ergo non prouenit a materia
nec a gradu materiali positiuo quocun
que modo sumpto, tertio hæccheitas
uel prouenit a forma, uel ab alio si pri-
mo ergo facit differe specificè si secun-
ratio 4. do tale esse non potest nisi materia, quæ
in Angelis esse non potest: quarto illud
quod additur formæ, & non proficisci-
tur a materia propriè dicta uariat spe-
ciem (ut habetur ab Ar. in Meth. sparsim
inquiente: quod species sunt ueluti nu-
meri, qui additus vnitati uariat speciẽ)
ergo huiusmodi hecchеitas facit differe
specificè: multa alia innumera ferè sunt
argumenta, quæ possunt adduci aduer-
sus hanc positionem, quæ licet ingenio-
sissima sit; attamen ut etiam ipsemet atte-
statur scotus Arist. doctrinæ aduersatur.
Sed tu uide Durandũ 2. d. 3. q. 3. Herue-
um 2. d. 3. q. 2. & ferr. con. g. cap. q. 3. &
Caie. 3. de ente & essentia cap. 5. q. 9.

Huiusmodi ergo substantiæ quanuis
sint formæ sine materia nõ tamen in eis
om-

omnimoda ſimplicitas eſt,nec ſunt act^9
puri ; ſed habent miſtionem potentiæ ;
&hoc ſic patet. Quicquid.n.non eſt de
intellectu eſſentiæ,uel quidditatis, hoc
eſt aduenieus extra, & faciens compoſi-
tionem cum eſſentia:quia nulla eſſentia *Qualis*
ſine his quæ ſunt partes eſſentiæ intelli- *ſit i 4 n.*
gi poteſt. Omnis autẽ eſſentia,uel quid- *comp. de-*
ditas intelligi poteſt ſine hoc quod ali- *cla.*
quid intelligitur de eſſe ſuo. Poſſum.n.in
telligere quid eſt homo,uel phænix,& ta
men ignorare an eſſe habeat in rerum
natura;ergo patet quod eſſe eſt aliud ab
eſſentia vel quidditate.

Hæc eſt ſecunda pars principalis in *expoſitio*
in qua S.D.inquirit utrũ in illis ſit om-
nimoda ſimplicitas,an vero aliqua com
poſitio:& concludit,quod in eis tres ſint
potiſſimum compoſitiones,quarum pri-
ma eſt talis: & idem etiam erit pro pri- *con. 1.*
ma concluſione. Omnes naturæ intelle *S.Tho.*
ctuales (excepto Deo benedicto) ſunt
compoſitæ ex eſſe & eſſentia, hancque
concluſionem tali pacto probat auctor.

Quic-

rat. S. T. Quicquid nõ eſt de intellectu eſſentiæ, vel quidditatis eſt aliud ab ipſa eſſentia, & quidditate; ſed eſſe, actualis exiſtẽtiæ eſt huiuſmodi; ergo, maior probatur quia nulla eſſentia abſque his, quæ ſunt partes eſſentiæ intelligi poteſt. Minor etiam probatur omnis eſſentia rei creatæ poteſt intelligi ſine eſſe ſuo, ergo tale non eſt de intellectu eius; antecedens patet de eclipſi, phænice: roſa: & etiam nullo exiſtente homine in rerum natura ſemper hæc eſt vera ꝑpoſitio, homo eſt animal rationale; cum in conſimilibus prędicatum ſupponat naturaliter; cum ſit de eſſentia ſubiecti: & eſt in primo modo dicendi per ſe: ac ſempiternã habet veritatem, (ut bene dicebat S. D. primo poſteriorum) cum ergo adueniat eſſentiæ neceſsè eſt ut faciat compoſitionem cum ea: ac proinde earum eſſentia ſit cõpoſita ex eſſe & eſſentia. At quoniam antiqua eſt quæſtio utrum in creaturis eſſe realiter deſtinguatur ab eſſentia: libeat in horũ gratiã aliquantiſper circa hoc

Nota u. Quæſtio utrũ eſſe ſit idẽ cũ eſſentia.

imo-

imorari. Qua in re ſciendum eſt quod D. Boetius in libro de Hebbomadibus ait diuerſum eſt eſſe, & id quod eſt. Item ait omne quod eſt participat eo quod eſt eſſe. Inſuper præter rationem fortiſſimam S.D. poſſunt adduci & aliæ rationes ſparſim carptæ ex Doctrina eiuſdẽ quarum prima eſt talis. Nihil eſt in potentia ad ſe ipſum, ſed eſſentia eſt in potentia ad exiſtentiam, ergo realiter & cætera. maior eſt uera: minor ſuperiorib. exemplis iam probata eſt, ſecũdo quidditas non habet cauſam efficientẽ, quia æternaliter verum eſt, homo eſt animal rationale: at eſſe habet cauſam efficientem: quia tam generatio quam creatio terminantur ad eſſe: & res habent eſſe à Deo, ergo, eſſe differt ab eſſentia: cætera q̃ in contrariũ ſunt, facile ſolui poſſunt. Boetius.

Niſi forte ſit aliqua res cuius quidditas ſit ſuum eſſe, & hæc res non poteſt eſſe niſi una & priã, quia impoſſibile eſt, vt fiat plurificatio alicuius niſi per additionem alicuius differentię ſicut multiplicatur

catur natura generis in speciebus, uel per hoc quod forma recipitur in diuersis materijs, sicut mulliplicat̄ natura speciei in diuersis indiuiduis, vel per hoc quod vnum est abstractum & aliud in aliquo receptum. Sicut si esset quidam color separatus esset alius a colore non separato ex ipsa sua separatione. Si autem ponatur aliqua res quę sit esse, ita ut ipsum esse sit subsistens hoc esse non recipiet additionem differentię, quia iam non esset esse tantum, sed esse: & pręter hoc forma aliqua; & multo minus recipiet additionem materię, quia iam esset esse non subsistens, sed materiale. Vnde relinquitur ꝙ talis res q̄ sit suū esse non pōt nisi una. Vnde oportet qđ in qualibet alia re pręter eam sit aliud esse suum: & aliud quidditas, uel natura seu forma sua. Vnde in intelligentijs oportet quod sit esse pręter formam: & ideo dictum est quod intelligentia est forma; & esse.

ꝛ x vo sitiq Hoc in loco occurrit tacitę obiectioni

ni posset quispiam vereri utrum hoc uerum sit in omnibus? respondit quod sic, praeter primam causam, quae est Deus Benedictus, in quo nulla cadit compositio: & hoc probat auctor. Illud plurificari non potest in quo non cadit ratio plurificationis. At in prima causa nõ cadit ratio purificationis ergo: maior est ex terminis uera. Minor probatur. Vnũ quodque contingit tribus modis plurificari, primo modo per differentiae additionem, sicq; generis natura in eius speciеb. plurificatur: secundo modo per receptionem in diuersa parte materiae, quemadmodum natura speciei in diuersis indiuiduis multiplicatur, tertio per aliquid absolutum, & receptum in alio: vt si esset color separatus ex eius separatione, esset alius a colore non separato. Vnde cum in latitudine rerum reperiatur aliquod quod sit eius esse realiter, ita vt sit subsistens illi competit, quod ut quemadmodum essentia eius nequit multiplicari ita neque eius esse per additionem

Dub.
Satisfa.
rat. S. T.
3. m. contigit multiplicari

tionem quod est primo modo: multo minus secundo modo: quoniam si sic iam non esset subsistens sed materiale, quæ sunt contra dicta superiota; nec tertio modo quia si est tale simpliciter subsistens. Relinquitur ergo quod prima causa erit simpliciter una: & idem erit quidditas & eius esse, quod non uerificatur in cæteris. Sed notandum, est quod licet ens sumi potest dupliciter primo ut sit generis neutri: & tunc eris adiectiuū; & sic significabit esse essentiæ, secundo modo substantiuè sumptum significabit esse actualis essentiæ, & sic in proposito sumitur quando dicimus quod intelligentia componitur ex esse & essentia. Idem tu intellige de animabus hominum.

Notan.

Omne autem quod conuenit alicui, vel est causatū ex principijs naturę suæ, sicut risibile in homine, uel aduenit ab aliquo principio extrinsico, sicut lumen in aere ex influentia solis. Non autē potest esse, quod ipsum esse sit causatū ab

ipsa

ipsa forma, uel quidditate rei. Dico sicut a causa efficiente, quia sic aliqua res esset causa sui ipsius; & aliqua res se ipsam in esse produceret: quod est impossibile; ergo oportet quod omnis talis res cuius esse est aliud a natura sua, quod habeat esse ab alio.

Postquam Angelicus Doctor ostendit, quod in substātijs separatis erat cōpositio ex esse & essentia: nunc intendit ostendere, quod etiam in illis reperitur compositio ex actu & potentia; & statuit hanc. s. conclusionem. In substantijs separatis & animabus nostris reperitur cōpositio ex actu & potentia: & probatur, omne quod recipit aliquid ab alio, recipiens se habet ad receptum sicut potentia ad actum. At omnis creatura recipit esse ab alio, ergo in omni creatura erit cōpositio ex actu & potentia; maior est vera quia recipere designat potentiam: maior probatur: omne quod conuenit alicui aut est causatum ex proprijs naturæ suæ vt risibile, & consimilia accidē- *expositio* *2. comp.* *con. S. T.* *pro. S. T.*

tia prædicamentalia: aut aduenit ab alio principio extrinseco ut patet de lumine in aere ex influentia solis, at esse non est causatũ ab ipsa forma alioquin aliquod esset causa sui ipsius, & se ipsum produceret in esse, quod est impossibile ergo quælibet natura præter primã causam habet esse ab alio: ergo respectu hu-
Dub. iusmodi se habet ut potentia: sed potest aliquis iure querere vtrum hoc sit omnibus commune, quibus respõdit quod
Satisfa. sic pręter primam causam hac ratione.

Et quia omne quod est per aliud, reducitur ad id qđ est per se sicut ad causam primam: ideo oportet quod sit aliqua res, quę sit causa essendi omnibus rebus eo quod ipsa est esse tantum; alias iretur in infinitum in causis: cum omnis res, quæ non est esse tantum habeat causam sui esse, ut dictum est. Patet ergo ꝙ intelligentia est forma: & esse: & quod habeat à primo esse, quod est esse tantũ, & hæc est prima causa quæ est Deus.

expositio Ratio S. Doctoris in forma talis est, om-

omne quod est per aliud de necessitate reducitur ad id quod est per se sicuti ad causam propriam, ergo datur aliqua essentia quæ est idem cum eius esse:& quę est causa essendi omnib.alijs. Alioquin in causis daretur processus in infinitum: cum omnis res quæ non est esse tantum habeat sui esse causam.His demum finē imponit dicens, quod patet quod intelligentia est forma, & esse:& quod esse habeat a primo esse, quod est esse tantum & hæc est prima causa, quæ est Deus Benedictus in secula.

Sed ad horum intelligentiam est notandum quod in Angelis æquiuoce reperitur potentia. Qm̄ non se hēt potentia sicuti actus.Quia actus participatur a rebus non sicuti pars,sed scd'm diffinitionē & processionē primi actus,Hinc; fit, qđ reperiť vnus primus actus influens in oēs actus participatos,non tñ vna potentia reperitur,quę recipiat oēs actus;alioquin huiusmodi potentia receptiua adęquaret potentiam actiuā primi agentis. Not.

Not. 2. Vnde ex diuersitate receptorum necessè est, quod alia sit potentia receptiua in Angelis, & animabus nostris a potentia receptiua materiæ primæ, & quod se habeat potentia ut quodam æquiuocũ ad hanc & ad illam vt uidere libet in litera S. Doctoris.

Omne autem quod recipit aliquid ab alio est in potentia respectu illius: & hoc quod receptum est in eo est actus eius, ergo oportet quod ipsa forma uel quidditas quæ est intelligentia sit in potentia respectu esse quod a Deo recipit: & illud esse receptum est per modum actus; & ita inuenitur actus & potentia in intelligentijs, non tamen forma & materia nisi æquiuoce. Vnde etiam pati, recipere, subiectum esse, & omnia huiusmodi, quæ uidentur rebus ratione mate-

Auer. 14 riæ conuenire, æquiuoce cõueniunt sub-

cir. prin. stantijs intellectualibus, & corporalibus vt in tertio de anima cõmentator dicit.

expositio Ex his quæ dicta sunt adeo S. Doctoris redditur litera clara ut nulla egere exposi-

xepositione uideatur: quia in superiori notatione satis hoc est expositum.

Et quia vt dictum est intelligentiæ quidditas est ipsamet intelligentia ideo quidditas uel esentia eius est ipsum qđ est ipsa, & esse suum receptum a Deo est id, quo subsistit in rerum natura: & propter hoc à quibusdam huiusmodi substantię dicuntur componi ex quo est & esentia ut Boetus dicit. *Cap. 1. de Ebdo.*

Assignat tertio loco S. D. tertiam cōpositionem repertam, ut in superioribus statuens talem conclusionem. In intelligentiis,& animabus reperitur compositio ex quo est,& quod est: idque tali ratione probat: Illud quod componitur ex esse,& essentia cōponitur ex quo est, & quod est. At substantiæ simplices sūt tales ergo. Maior declaratur a S. Thom. quoniam intelligentiamet est ipsum, ꝙ est, quatenus uero habet esse receptum a Deo est illud quo est, i dest quo subsistit in rerum natura, ut bene dicit. Dom. Boetius in cap. primo de hebdomadib. *expositio 3. comp. con. S. T.* *rat. S. T.*

Et quia in intelligentiis ponitur potẽtia,& actus: non erit difficile inuenire multitudinem intelligentiarum, quod esset impossibile si nulla potentia in eis esset. Vnde dicit Commen.in tertio de anima,quòd si natura intellectus possibilis esset ignorata,non possemus inuenire multitudinem in substãtiis separatis, est ergo distinctio earum adinuicem secundum gradum Potentiæ & actus: ita qđ intelligentia superior,quæ plus propinqua est primo habet plus de actu, & minus de potentia: & sic de alijs,& hoc cõpletur in anima humana,quæ tenet ultimum gradvm in intellectualibus substãtiis. Vnde intellectus potentialis eius se habet ad formas intelligibiles, sicut materia prima,quæ tenet ultimum gradum in intellectualibus substantiis.Vnde potentialis intellectus eius se habet ad formas intelligibiles,sicut materia prima,q̃ tenet ultimum gradum inesse sensibili ad formas, sensibiles, ut Commentator 3.de anima dicit. Et ideò philosophus

Cõ.mag. sec.fin.

com-

cõparat eum tabulæ rasæ, in qua nihil est pictum:& propter hoc, q̃a inter alias substãtias intelligibiles plus habet de potentia, Ideò efficitur in tantum propinqua rebus materialibus, ut res materialis trahatur ad participandum esse suũ; ita ꝙ ex anima,& corpore resultat unum esse in composito,quauis illud esse,prout est animæ non est dependens a corpore: & ideò post istã formam,quæ est anima, inueniuntur aliæ formæ plus de potẽtia habentes,& magis propinquæ materiæ, in tantum quòd esse earum sine materia non est:in quibus etiam inuenitur ordo, & gradus usq; ad primas formas elemẽtorum, quæ sunt propinquissimæ materiæ. Vnde nec aliquam operationem habent nisi secundum qualitatum exigentiam actiuarum,& passiuarum; & aliarũ, quibus materia ad formam disponitur.

Declaratis compositionibus in separatis substantiis (citra primam)& animabus hominum: intendit auctor in hac litera perquirere multitudinem, ac distin- expositio

ctio-

ctionem earum ſubſtantiarum ſeparata rum: At quoniam hæc inueſtigatio ſeu indagatio forſan impoſſibilis uideretur ſi nulla in illis potentia reperiretur, Propterea intendit S.D. in illis, ſ. (probata iam potentia) demonſtrare multitudinẽ earum: ac proinde earum diſtinctionẽ: & ait, quod colligitr penès diuerſos gradus actus, & potentiæ repertos in illis per optimè diſtinctio; ac earum multitu do: ſicque de mente eius talis ſtatuitur

con. S. T. conclusio. Multitudo, ac diſtinctio intel ligẽtiarum penès diuerſos gradus actus, & potentiæ reperitur; & probat. ſ. tali ratione. Illa intelligentia eſt ſuperior: & perfectior, q̃ magis eſt propinqua Deo: & illa eſt' propinquior Deo, quæ habet minus de potentia: & magis de actu: ergo ſecundum diuerſum gradum actus, & potentiæ eſt diſtinctio: & per conſequens multitudo earum, uſque quo deueniatur ad animam intellectiuam, quæ tenet ultimum gradum in ſubſtantiis intel lectualibus: & adeò ſit propinqua rebus

Quomodo ĩ An. eſt di. & animab. eſt dictio & multitudo.

ma-

materialibus, ut res materiales trahãtur ad participandum eius esse. Qua in re ex ıd a , & corpore in homine resultat vnũ esse: esse tñ quia est sibi propriũ non est dependens a corpore. Vnde in materialibus principem sortitur locum: ultimũ tamen in intellectualibus consequitur, ut infimum supernarum rerum supræmo infimarum accedere queat: & hoc est, quod dicit S. Doc. ut patet intuenti literam eius. Post ipsum inueniuntur, & aliç formæ, quæ dicuntur materiales, & in materia existunt, ut absque ipsa esse nequeant; tamen etiam, & inter eas reperitur distinctio secũdum diuersos gradus perfectionis, usque quo perueniatur ad primas formas elementorum, quæ propinquissimæ materiæ sunt; vt nullas alias operationes habeant, nisi tantum eas, quarum qualitates actiuè, & passiuè elementorum possunt esse principia, qui bus qualitatibus materia ad formam re cipiendam disponitur. Tu autem intellige non quantum ad unionem cum ma

Anima non depẽdet à corpore sed est subsistens, & dic. supremum rerum infimarum.

teria;

teria. Sed quantum ad gradum perfe-ctionis, quos continent.

Notan. Nota etiam quod ſubſtantię materiales præter compoſitionem formę cum materia habent alias compoſitiones, nēpè ex eſſe, & eſſentia, ex quo eſt, & quod eſt; ex actu & potentia. Et hæc ſufficiāt quoad ſecundam partem; ſeu quoad quintum capitulum.

CAPVT SEXTVM.

His viſis patet quomodo eſſentia inuenitur in diuerſis. Inuenitur autem triplex modus habendi eſſentiā in ſubſtantijs. Aliquid enim eſt ſicut Deus cuius eſſentia eſt ipſum ſuum eſſe: & ideo inueniuntur aliqui phyloſophi dicentes, quod Deus non habet eſſentiā, quia eſſentia eius non eſt aliud, quam eſſe eius: & ex hoc ſequitur quod ipſe non ſit in genere, quia omne, quod eſt in genere oportet quod habeat quidditatem

præter

præter esse suum, cum quidditas aut natura generis aut speciei non distinguatur secundum rationem naturæ in illis quorum est genus, uel species, sed esse est in diuersis diuersimodè.

Expositio Cap. VI.

HAEc est tertia pars principalis superioris capitis seu sextum ca. in ordine in quo declaratur triplex modus habendi essentias in substantijs una cum correlarijs earumdem. Circa primum statuit auctor hanc conclusionem. *expositio* Deus Benedictus habet essentiam omnino simplicem, quę est omnino idẽ cum eius esse: & hoc probatur auctoritate ue- *con. p. S. Thom.* terum phylosophorum inquientium. Deum ob id non habere secundum illos essentiam; cum illa nil aliud esset, quam eius esse: ex his tale consequitur correlarium seu talis conclusio elicitur, Deus non est in aliquo genere ut contentum, nec simpliciter nec secundum *2. con. S. Thom.*

quid,

Vide Soncinatem 1 q. 2. d. 8. con. 1. & S. T. con. gentiles ca. 95. & p. p. q. 50. ar. 2. ad p. rat. S. Doct.

quid, neque directè, neque indirectè, & probatur, omne quod est in genere habet essentiam differentem ab eius esse: (uti dictum est:) ergo non est in genere. Maior probatur. Quidditas generis, uel speciei non distinguitur secundũ rationem naturæ in illis quorum est genus, vel species. Sed bene esse, q̃a diuersum in diuersis reperitur, ergo si Deus collocaretur in genere, esse non esset idem cum eius essentia: & probatur quia cum esse distinguatur ab his quorum est genus: & species, non autem essentia; bene sequeretur quod non esset idem cum eius essentia: ex his poterit colligi hæc appendix, quod si aliquando Deus dicitur substantia, infinita tamen est: & simplex: transcedens omnia, & continens omnia; quæ omnia repugnant naturæ generis: ob id transcendenter hęc omnia accipienda sunt. Sed vide D. Thom. in locis allegatis.

appẽdix.

Nec oportet si dicimus, quod Deus est esse tantum ut in errorem eorum incidamus

cidamus

cidamus qui Deum dixerunt eſse illud eſse vniuerſale quo quælibet res forma liter eſt, hoc enim eſse, quod Deus eſt eius eſt conditionis,ut nulla ſibi additio fieri poſſit. Vnde per ipſam ſuam puritatem eſt eſse diſtinctum ab omni eſse propter quod in cap. nonæ propoſitionis libri de cauſis dicitur quod indiuiduatio primæ cauſæ, quæ eſt eſse tantum eſt ꝑ puram bonitatem eis. Eſſe autem commune ſicut in intellectu ſuo non includit aliquam additionem, ita nec includit in intellectu ſuo aliquam præciſionē additionis:quia ſi hoc eſſet nihil poſſet intelligi eſſe, in quo ſuper eſſe aliquid adderetur.

Hoc in loco remouet quoddam dubium quod eſt tale, dictum. n.ſuperius eſt,quod eſſe Dei non differt ab eius eſſentia:& quod eſt talis conditionis,ut ei nulla poſſit fieri additio. Ex conſimilib. talis oritur verendi occaſio. Ens cui nulla fit additio dicitur ens commune, q̄d de omnibus prædicatur, quo quælibet *dubium*

res

res est formaliter. At esse Dei est huiusmodi. Ergo de omnibus prædicatur. Vnde sicuti uerum est dicere homo est ens, ita uerum esset dicere, homo est ens Diuinum, & Deus, quod esset incidere in errorem piscorum phylosophorum: satisfacit huic obiectioni dicens, quod lyens cui nil additur duplicem potest habere sensum primo modo ut intelligatur qđ ei nulla fiat additio, neq; possit nullo pacto fieri, & tale est ens Diuinum, quod est distinctum ab omni esse, unde in canone propositionis in libris de causis dicitur quod eius indiuiduatio, quæ est esse tantum, est per purã bonitatem eius.

Satisfa.

Enti Diuino propter eius infinitatem nil addiq; potest.

Similiter etiam quamuis sit esse tantum, non oportet quod deficiant ei reliquę perfectiones, uel nobilitates, immo habet omnes perfectiones, quę sunt in omnibus generibus propter quod perfectum simpliciter dicitur, ut phylosophus, & Commentator in quinto Meth. dicunt: sed habet eas modo excellentioni ominibus rebus; quia in eo omnes vnum

num sunt, sed in alijs diuersitatem habent, & hoc est quia omnes illæ perfectiones conueniunt sibi secundum suum esse simplex, sicut aliquis per unam qualitatem posset efficere operationes omnium qualitatum, in illa vna qualitate omnes qualitates haberet; ita Deus in ipso esse suo omnes perfectiones habet.

Dub 2. expositio

Similiter ex his, quæ dicta sunt, aliud dubium oriri potest: & est tale. Dictũ est enim, quod Deus est eius esse tantum, quod si uerum est, ergo in Deo non reperirentur omnes rerum productarum vel producendarũ perfectiones. Quod est admodum inconueniens, ergo: probatur consequentia: esse adduntur multi gradus perfectionis nempe corporeus, vegetatiuus, sensitiuus, & intellectiuus. Quod uero sit inconueniens de facili erit probatio: quoniam cum Deus sit causa efficiens annaloga omnium creaturarum quicquid est perfectionis in effectibus excellentiori modo reperitur in causa annaloga, & in se ipso. Cui obiectioni

O egre-

pientis: ſed natura uel quidditas earum eſt abſoluta non recepta in aliqua materia. Et ideo dicitur in libro de cauſis, quod intelligentiæ ſunt finitæ quantum ad eſſe ſuũ, quod à ſuperiori recipiunt, non tamen finiuntur inferius, quia earum formæ non limitantur ad capacitatem alicuius materiæ recipientis eas: & in talibus ſubſtantijs non inuenitur multitudo indiuiduorum in una ſpecie (ut dictum eſt) niſi in anima humana propter corpus cui vnitur.

Hoc in loco intentio eſt S. Doctoris poſtquam egit de ſubſtantia ſimpliciter ſimplici agere de eſſentijs ſimplicium ſubſtantiarum ſeparatarum quæ huiuſmodi ſunt conditionis, quod, quamuis haud in materia recipiantur non tamen habent eſſe ſubſiſtens,& abſolutum, ſed receptum, limitatum finitum, ad capacitatem naturæ recipientis. Natura tamen earum bene eſt ſubſiſtens, quia nō eſt in aliqua materia:& hoc etiam poterit eſſe pro concluſione earum. Quæ con *expoſitio con. S. T.*

prob.con. clusio probatur per sententiam habitā in libris de causis ubi asseritur q̄d sunt finitæ superius quatenus recipiunt esse a superiori: & infinitæ inferius, cum huiusmodi formæ nequeant limitari ad capacitatem materiæ alicuius recipientis, appendix ob id sequitur talis appendix nempe ꝙ tales non multiplicantur excepta dumtaxat anima intellectiua propter corpus cui unitur.

Ex occasione ultimorum uerborum S.D. libeat aliquantisper ventilare subtilissimam Doctoris scoti sententiam de hecheitate eamq; ad bonum sensum deducere: qua in re duo faciemus primo declarabimus mentem nostram: secundo ponemus conclusionem unaque probabimus. Quo igitur ad primum. Sciendum est, quod in Angelis vere, ac proprie reperitur hæccheitas, quæ non est indiuidualis differentia ipsi naturæ addita (ut censuit Doctor subtilis) sed sequitur naturaliter ad naturam extra causas suas, secundum quam natura est, &

Pulchra & digna quæstiuncula.

est

est hæc: neque est differentia, sed sequitur naturaliter ad differentiam, cum sequatur formam: Vnde originatiue a negatione receptionis à materia proficisci tur: formaliter vero est actualitas naturæ ut creata extra causas suas: propterea optime inquit S. Doctor quod est finita superius, & infinita inferius: & competit naturæ ut sic sine materia creatæ, & formaliter hæccheitas illi inexistit, qua dici tur singularis, & indiuidua. Qua in re facit diuisionem naturæ ab alia natura existenter realiter, & actualiter, sicuti differentia specifica facit naturam indiuiduā (hoc est) ab alijs naturis diuisam originaliter, quiddatiuè, essentialiter, & radicaliter, & hoc modo intelligitur, quod differentia conducit ad esse. His autem sic visis, talis ponetur conclusio, scilicet in Angelis hoc modo reperitur hæcchei tas: & probatur, omnis natura abstrahit ab esse: ergo est necessario in illis ponenda hæccheitas, alioquin non haberet esse existentiæ. Item omnis Angelus est sin *Con.* *prob. con.*

1 rat. gularis, & indiuiduum subsistens, & ope
2. ratio rans: At hæc naturæ sic acceptæ non cõ
3. ratio veniunt: nisi per hoc cheitatem: ergo huiusmodi in illis est ponenda. Rursus quilibet Angelus habet propriam personalitatem: at hęc non competit naturę nisi ut hæc: ergo. Multa essent fortissima argumẽta ad hæc comprobanda, sed a
obiectio. me sapientioribus reliquuntur: &c. Neque aduersatur dicto S. D. habito sententiarum 1. q. 3. ar. 3. ubi inquit quod suppositum secundum rem non addit supra naturam in Angelis: quoniam hæc proprietas indiuidualis ad ipsam naturam pertinet: & illam naturaliter sequitur nec natura sine hac inueniri potest naturaliter: Vnde hæc proprietas est aliquo modo naturalis, quia natura dicitur de se hæc. Vel dicatur, quod magis apparet in materialibus quia hæccheitas, & personalitas uidentur eadem realitas, cum natura, nisi obstaret, quod natura hæc est assumptibilis, nõ tamen personalitas.

Et

Et licet indiuiduatio eius ex corpore occasionaliter dependeat quantum ad sui inchoationem, quia non acquiritur sibi esse indiuiduatum nisi in corpore cuius est actus, nō tamen oportet vt destructo corpore indiuiduatio pereat: quia cum habeat esse absolurum ex quo acquisitum est sibi esse iudiuiduatum, ex hoc facta est forma huius corporis, illud esse semper remanet indiuiduatum: & ideo dicit Auice. quod indiuiduatio animarum, & multiplicatio dependet ex corpore quantum ad sui principium, sed non ad sui finem.

Ex occasione ultimorum verborum precedentium S.Doc. mouet secundum dubium, quod est tale: dictum nanque superius est quod animæ multiplicantur per corpora quibus vniuntur. Contra hoc quispiam argumentari poterit dicens. Per dicta S.Thom. sequitur qd corpora sint earum indiuiduationis causa, sequitur, ergo quod demptis corporibus destruatur indiuiduatio illorumque *expositio 2.dubij.*

ėst inconueniens, quia si sic non erunt differentes num. uel destruerentur ad destructionem eorum uel redigerentur ad unam (vt est opinio Auerois) aut differrent specie ad inuicem. Quæ omnia sunt aduersantia dictis S. D. ergo.

Satisfa. Occurrit huic obiectioni dicens, q̃d licet indiuiduatio animæ ex corpore occasionaliter dependeat quantum ad eius inchoationem; quia non acquiritur sibi esse indiuiduatum, nisi in corpore generaliter cuius est actus: non propterea valet quod destructis corporibus pereat animarum indiuiduatio: quoniam cum habeat esse absolutũ; ex quo acquisitum est sibi esse indiuiduatum per hoc quod facta est forma huius corporis, illud (inquam) esse remanet indiuiduatum. Hoc corroborat per sententiam Auicenæ dicentis, quod animarum multiplicatio dependet ex corpore quantũ ad sui principium, non autem quantum ad finem. Sed nota diligenter quod satisfactio dubij cõsistit in hoc, quod qua

Notan.

muis

nuis esse determinatum animæ acquiratur in corpore, non tamen ex corpore nec per dependentiam ad corpus. Vnde remotis corporib. adhuc vniuscuiusque animę remanet eius esse unum. Qua in re pulchrè dicebat corpus indiuiduationis animæ occasionem esse. i. causam sine qua non. Vnde & hoc explicatur ꝑ occasionem, quæ est causa sine qua non. Ex his habetur, quod anima non indiuiduatur per materiam, aut ex qua fiat, aut ex qua dependeat. Sed per habitudinem ad materiam in qua est. *Correl.*

Et quia in istis substantijs quidditas non est idem, quod esse, ideo sunt ordinabiles in prædicamẽto, & propter hoc inuenitur in eis genus species, & differẽtia, quamuis earum differentiæ propriæ nobis ocultæ sint. In rebus.n. sensibilib. etiam ipsæ differentiæ essentiales nobis ignotę sunt; unde signantur per differentias accidentales, quæ ex essentialibus oriuntur sicut causa signatur per suum effectum, sicut bipes ponitur differentia hominis.

tę, quam probat Auctor ex quadam ſimboleitate rerum ſenſibilium differentiarum, quoniam illæ differētiæ deberent nobis eſſe notiores, quæ prius cadūt ſub ſenſu: At huiuſmodi ſunt differentiæ rerum ſenſibilium; ergo illæ deberent eſſe notiores nobis: ſed hę nihilominus ſunt ignotæ nobis quanto ergo magis differentiæ rerum ſpiritualium, quæ nō cadunt ſub ſenſu erunt ignotæ? tamen hoc eſt diſcrimen inter eas: quia hę aſſignantur per differentias accidentales propinquiores eſſentialibus, illæ uero ſpiritualium nequaquam. cum accidentia propria emanantia ab eſſentijs earū ſint ignota nobis.

Hoc tamen ſciendum quod non eodem modo ſumitur genus, & differētia in illis ſubſtantijs, & in ſubſtantijs ſenſibilibus: quia in ſenſibilibus genus ſumitur ab eo quod eſt materiale in re, differentia uero ab eo, quod eſt formale in ipſa. Vnde dicit Auice. in principio libri ſui de anima, quod forma in rebus com-

à quib. genus ſumatur, & ū in materialib. & ū in ſpiritualibus.

compositis ex materia & forma est differentia simplex eius quod constituitur ex illa: non autem ita quod ipsa forma sit differentia, sed quia principium est differentiæ ut idem dicit in sua Meth. & dicitur talis differentia esse differentia simplex quia sumitur ab eo qđ est pars quidditatis rei.s.a forma. Cum autem substãtiæ spirituales sint simplices quidditates nõ potest in eis differentia sumi ab eo quod pars est quidditatis, sed a tota quidditate. Et ideo in principio de
in princ. Anima dicit Auicenas, quod differentiam simplicem non habent nisi species quarum essentiæ sunt composita ex materia & forma: similiter etiam in eis ex tota essentia sumitur genus modo tamen differenti. Vna enim substantia separata conuenit cum alia in immaterialitate, differunt aũt ab inuicẽ in gradu perfectionis secundum recessum à potentialitate, & accessum ad actũ purum. Et iõ ab eo, quod sequitur illas in quantum sunt immateriales sumitur in eis genus
sicut

ſicut intellectualitas, uel aliquid huiuſmodi: ab eo autem quod ſequitur ab eis gradum perfectionis ſumitur in eis differentia, nobis tamen ignota.

Hoc in loco S. Do. declarat vnde ſumitur in Angelis genus: & differentia; & dicit quod non eodem modo deſumuntur genus, & differentia in ſubſtantijs compoſitis & in Angelis: in ſubſtantijs compoſitis (vt dictũ eſt) genus deſumitur ab eo quod eſt materiale in re; differentia autem ab eo, quod eſt formale in re; & hoc confirmat per Auic. ſentẽtiam habitam in principio eius libri de anima quo in loco aiebat forma in reb. compoſitis ex materia & forma eſt differentia ſimplex eo quod conſtituitur ab illa, quod ſic exponendum eſt ut non intelligatur, quod forma ſit differẽtia, ſed quod ſit principium differentiæ ut bene ait Auic. in eius Meth. Vnde idem uocat eam ſimplicem cum ſumatur radicaliter ab eo quod eſt pars quidditatis. i. ab ipſa forma uel ab eo quod eſt formale.

expoſitio

non eodẽ modo ſumitur genus & differentia in Ang. & ſubſtantijs compoſitis.

Auice.

Idem

Idem censendum est de genere radicaliter (vt alias declaratũ est) respectu materiæ. At sermonem agentes de simplicibus substantijs secus est indagandũ cũ non á partib. quidditatis, sed a tota quidditate in Angelis genus, & differentia desumãtur. Et hoc, s. modo ab eo in quo cõueniunt. i. in immaterialitate seu ab intelligibilitate (quod idem est) desumitur genus: & secundum uarios, & diuersos gradus perfectionis, quibus inter se differunt eorum sumitur differentia, quę quidem differentia a nobis viatoribus ignoratur. Hinque tale potest sequi correlarium. s. quod ab eodem gradu: & ab eadem forma secundum tamen quandã rationis diuersitatem in substantijs simplicibus genus, & differentia sumuntur

diuersitas sumẽdi genus, & differentia in substantijs simp. à modo substantiarum compositarum.

Corre. 1.

Corre. 2. secundo ex his colligi potest, quod humanus intellectus nequit cognoscere substantias separatas pro isto statu, nec differentias earum, nec etiam seipsum, nec actus nec habitus suos, nec essentiã animæ directè primo; sed primo percipit

pit

pit naturam ſenſibilem uti obiectum, ſecandario actum ſuum.

Nec oportet has differetias eſſe accidentales; quia ſunt ſecundum maiorem, & minorem perfectionem, quæ nõ diuerſificat ſpeciem. Gradus enim perfectionis in recipiendo eandem formam non diuerſificat ſpeciẽ, ſicut magis album: & minus albũ in participãdo eiuſdẽ ſpeciei albedinem, ſed diuerſi gradus perfectionis in ipſis formis, uel naturis participati diuerſificant ſpeciẽ, ſicut natura procedit per gradus de plantis ad animalia per quædam, quæ fiunt media inter animalia, & planta, ſecundum philoſophũ in libro de animalibus.

Occaſione uerborum preteritorum mouet his in uerbis. S. Doctor hoc dubium, quod tale eſt, ea quæ ſecundũ magis, & minus differunt: accidentaliter differunt. Sed Angeli (ut dictum eſt) differunt ſecundum magis, & minus: ergo differunt accidentaliter. Huic ergo obiectioni ſatisfacit diſtinguendo per hæc uer- *expoſitio* *Dubiũ.* *Solutio.*

uerba (Gradus enim &c.) adeò quòd re-
Differre magis et minus dupl. ſpõſio conſiſtit in hoc, quod differre magis, & minus cõtingit dupliciter, uno modo reſpectu eiuſdem formæ, & talis differentia non facit differre eſſentialiter, ſed accidentaliter tantum: ſecũdo penès diuerſas formas: & gradus perfectionis: & talis differentia facit differre eſſentialiter, & ſpecificè: exemplum primæ differentiæ dat de magis, & minus albo reſpectu eiuſdẽ rationis participatæ, quæ differre facit non eſſentialiter, ſed accidentaliter, non ſpecificè, ſed numericè; exẽplum ſecundæ differentiæ eſt de natura, quæ de plantis ad animalia procedit per quædam, quæ ſunt media inter plantas,
Ar. in 5. & 7. de animalibus. & animalia ſecundum Ariſto. in 5. & 7. de animalibus, ex quibus colligitur, quod Angeli non primo modo aſſumpto ſecũdum magis, & minus differunt, ſed ſecũdo modo quoniam tale eſt ſecundũ diuerſos gradus, & formas.

Nec iterum eſt neceſſarium, ut diuiſio intellectualium ſubſtantiarum ſit ſem-

per

per per differentias ueras, quia hoc est impossibile in omnibus rebus accipere, ut philosophus dicit in undecimo de animalibus. *Cap. 3.*

expositio dubium Mouet secũdum dubium ex his, quę dicta sunt, quod tale est. Illi gradus sunt ueri, & reales, ergo & differẽtiæ, quæ desumuntur ab istis gradibus debent esse uerę: & reales. At hoc forsan esset possibile, ergo & cætera. Satisfacit & inquit non est necessariũ, quòd diuisio intelligibilium substãtiarum, fiat semper p duas differentias reales, qui hoc est impossibile semper in omnibus rebus accidere, vt dicit Arist. 12. de animalibus. *Satisfa.*

Notan. Tu igitur aduerte, quòd hoc potest sic intelligi nempè, quòd Angelus superior habet ueram differentiam ab inferiori, sed non econuerso, ut homo habet per quod differt ab animali nempè per rationale, quod sibi super additur, sed nõ econuerso animal habet, quod uerè differat ab homine quamuis hoc sit minus propriè dictum, in materia Angelorum potest etiam sic intelligi, quod una sola

uera differentia includatur, altera uerò excludatur.

Tertio modo inuenitur in substantiis compositis ex materia, & forma in quib. & esse est receptum.finitum, propter qđ & ab alio esse habetur:& iterum natura, vel quidditas earum recepta est in materia signata,& ideò sunt finitæ in superius & inferius: & in eis iam propter diuisionem materiæ signatæ possibilis est multiplicatio indiuiduorum in una specie, & in his substantiis qualiter se habeat essentia ad intentiones Logicas supra dictum est.

expositio Declar. 3. modus habendi essentiã.

Tertium modum habendi essentiam declarat; & dicit tertio modo inuenitur essentia in substantiis compositis ex forma,& materia.in quibus est esse receptũ & finitum in natura, propter hoc quod habent ab alio esse:& iterum talis natura est recepta in materia signata, & per consequens est finita superius, & inferius, ac in eis est multiplicatio indiuiduorũ respectu materiæ signatæ in una specie.& in his qualiter se habeat essen-

duo-

tia ad intentiones Logicas dictum est superius. Et hæc sufficiant per hoc capite in quo multa declarãda omissimus quia iam Reueren. Caie. illustre hęc pertractauit.& hæc sufficiant pro 6.c.

CAPVT SEPTIMVM.

NVnc autem restat videre qualiter essentia sit in accidentibus quomodo aũt sit in omnib. substantijs dictũ est, & quia (ut dictũ est) essentia ꝑ diffinitionẽ significatur, oportet ꝙ eo modo habeãt essentiã, q̃ hñt diffinitionẽ, Diffinitionẽ aũt habent incompletam, quia non possunt deffiniri nisi ponatur subiectum in eorũ diffinitione: & hoc ideo est, q̃a non hñt in se esse absolutũ ꝑ se à subiecto. *Cap. 7. de accidentibus*

Postquam S. D. egregie pertractauit de essentijs tum substantiarũ simpliciũ, quamq; compositarum ad id, ꝙ superius erat pollicitus reuertitur, uidelicet ad caput accidentiũ essentiarum. Et tria facit primũ determinat de illis secundum *expositio cap. 7. sup. c de accidentibus.* *Diuisio capitis.*

se: secundum determinat de eis in ordi ne ad principia substantiarũ ex quib. ꝓficiscuntur: tertiũ quomodo se habeant ad Logicas intentiones aperit, quæ oĩa eius proprijs locis erunt ostendenda: Prima itaq; pars hẽt duas principes partes, in quarũ prima ostenditur qualiter inueniaẽ essentia in accidentib. in secũda comparat ea ad formas substãtiales:
2. con. S. Tho. Qua in re quo ad primam talis statuitur conclusio. In accidentib. inuenitur essẽtia, quamuis imperfectè ac incompletè: & probatur hoc tali ratione. Illa quæ habent diffinitiones imperfectas, & incompletas, habẽt ẽt essentias imperfectas & incompletas; sed accidentia sunt talia: ergo. maior est clara: quia diffinitio indicat essentiã rei: minor probatur, cum huiusmodi nequeant diffiniri nisi ponatur in eorũ diffinitionib. subiectũ, quod est extra genus eorũ, attestãte Ar. plurib. in locis accidentiũ esse est in esse: & in ante prædicamentis ait, impossibile ẽ esse sine eo in quo est: tu vero intel lige de diffinitionib. physicis, non autẽ

Logicali. alioquin hoc dictum non haberet veritatem cum possit sic diffiniri albedo videlicet est color disgregatiuus visus, vbi neq; color, neq: disgregatiuus pōt esse subiectū albedinis: quamuis possit dici ꝙ si non explicitè semper tamen implicite ponitur subiectū: unde in præterita ẽt diffinitione ponitur subiectū ratione coloris albedinem diffinientis dicendo color est extremitas perspicui in corpore terminato. Vnde & Beatus Th. 4.sen. d. 12. q. ar. 1. quæstiuncula prima ad scd̄m sic dicit. f. quod diffinitio substantiæ est res habens quidditatem cui debetur esse non in alio: similiter diffinitio accidentis est res habens quidditatē cui debetur esse in alio: & si non sit actu tale sufficit tñ ad rationem eius quod aptum natū sit inesse, ut ait Ar. 7. Diuin. tex. 2. quod alia dicūtur entia, eo quod totaliter entis.

Vide ca. in 4. sententiarū d. 42. q. p. ad p. & Herueū quolibet 4. q. 9. & Ioan. Bacb. 1. sen. d. 28. q. 1. ar. 3.

Sed sicut ex forma & materia relinquitur esse substantiale quando componitur, ita ex accidenti & subiecto relinquitur esse accidentale, quando accidēs

subiecto aduenit: & ideo etiam nec forma substantialis completam essentiā habet, nec materia: quia in diffinitione formæ substantialis oportet quod ponatur illud cuius est forma, & ita diffinitio eius est per additionem alicuius, quod extra eius genus est: sicut & diffinitio formæ accidentalis: ut etiam in diffinitione animæ ponitur corpus à naturali, qui considerat animam solum in quantum est forma phisici corporis.

expositio Hæc est particula primæ partis ī qua S. D. cōparat accidentia ad formas substantiales: & 1. determinat de eis penes similitudines; 2. penes dissimil. 1. ponit talē similitudinē, quia sicut ex forma & materia q̄n ad inuicē cōponunt̄ resultat unū esse essentiale: ita ex accidente & subiecto resultat vnum esse accidentale;
2. simil. scd'a similitudo ponit̄ a D. T. quę ex prima proficiscitur, quæ est huiusmodi nēpe quod sicut forma & materia disiunctæ non hēnt essentiam completam, ita neq; accidentia hēnt essentiā completā, & quemadmodum in diffinitione for-

mæ

mæ substantialis necesse est poni illud cuius est forma; ita in diffinitione accidentium necesse est poni subiectum; ita quod vnum, & alterũ eorũ diffiniunt per additamenta quanquã aliter, formæ substantiales diffiniuntur per additamenta, quæ non sunt extra genus eius nempè substantiæ, quãuis sit extrà essentiæ, quia forma in ordine ad suam materiã informem est unum quid realiter distinctum (inquã) per actũ Methaphysicalem nēpè essentiæ, non aũt per existentiã, quia impossibile est materiã existere sine formæ: additamenta tamen accidentiũ sunt extra genus eorum vtroque modo. Cætera. D. Thomę adeo lucida sunt, ut non egeant expositione.

quomodo accidentia. vtroque modo diffiniuntur per additamenta.

quomodo verificatur. s. actus est qui distinguitur.

Sed tñ inter formas substantiales, & accidentales, tñ interest, quia sicut forma substantialis non habet per se esse absolutũ sine eo cui aduenit, ita nec illud cui aduenit. s. materia: & ideo ex coniunctione utriusq; relinquit illud esse in quo res per se subsistit: & ex eis efficitur unũ per se, propter q ex coniunctione eorũ

relinquitur essentia quædam. Vnde forma quamuis in se considerata nō hēat rationē completā essentiæ, tñ est pars essentiæ cōpletæ; sed illud cui aduenit accidens est ens in se completū, cōsistens in suo esse, qđ quidē esse naturaliter præcedit accidens, quod superuenit, & iō accidens superueniens ex coniunctione sui cum eo cui superuenit non causat illud esse in quo res subsistit, ꝑ quod res est ens per se. sed causat quoddā esse secundum sine quo res subsistens intelligi potest esse, sicut primū potest intelligi sine secūdo uel ꝑdicatum sine subiecto. Vnde ex accidente : & subiecto non fit vnum per se; sed vnum per accidens; & iō ex eorū coniunctione non resultat essentia quædā, sicut ex coniunctione formæ cum materia: ꝑ ꝑ quod accidens neque rōem completæ essentiæ habet, neq; pars completæ essentiæ est, sed sicut est ens secundum quid, ita, & essentiam secundum quid habet.

expositio Hoc in loco S. Do. ponit disimilitudines & differentias quę generaliter quatuor

tuor esse possunt, quarum prima talis est 1. differ.
nempè q̃ quamuis substantialis forma
nõ habeat p se esse absolutũ sine eo cu-
ius est, seu cui aduenit, q̃ idem asseritur
de accidentib. attamen id cui aduenit
forma substantialis non habet esse abso
lutũ sine forma ejus; bene cui aduenit
accidẽs. vid. subiectũ gaudet esse absolu
to absq; accidente: secunda est differen- 2. differ.
tia quia ex coniunctione formæ cũ ma-
teria resultat illud esse quo res per se sub
sistit: sed ex accidente & subiecto nequa
quã resultat illud esse quo res per se sub
sistit sed præsupponitur: tertia est differẽ 3. differ.
tia quia ex forma cum materia resultat
vnum per se quod directè in prædicamẽ
to collocatur, non autẽ ex accidente &
& subiecto, sed causat. solũ quoddã esse
secundariũ sine quo res subsistens põt in
telligi esse; quemadmodũ primũ põt in-
telligi sine secundo licet nõ è conuerso.
quarta differẽtia est q̃ quamuis sit uerũ 4. est differentia.
q̃ forma substantialis in se considerata
nequeat habere rõem completæ essen-
tiæ, sed accidens neque habet rationem

com-

completæ essentiæ neq; est pars completæ essentiæ, sed sicut accidens est ens secundum quid, ita habet essentiam secundum quid.

Sed q̃a illud, quod dr̃ maximè, & uerissime in quolibet genere est causa eorũ, q̃ sũt posita in illo genere, sicut ignis qui in fine caliditatis est causa caloris in *sex. c. 4.* reb. calidis, ut in 2. Met. dicit̃. Ideò substantia, q̃ est principiũ in gñe entis, maximè, & uerissimè essentiam habens, oportet, ꝙ sit cã accidentiũ, q̃ secundario, & quasi scd̃m q̃d de rõne entis participat.

expositio Hæc est 2. pars princi. huius capit. in qua S.D. determinat de illis ꝑ comparationẽ ad substantiã, ex qua proficiscunt̃, *con. s. T.* ac originẽ ducunt, & causantur. Hocq; probat prius cõiter, deinde specialiter. Ponit ergo de more talẽ conclusionem. Accidentia a substantiis quib. insunt ꝓficiscunt̃. Hocq; probat tali rõne. Illud quod est maximè primum & uerissimum in aliquo gñe est causa oĩum aliorum. At substantia est primũ, & maximũ, ac uerissimũ in genere entis, ergo est causa oĩum

entium

ẽtiũ. Maior eſt. Ariſ. 2. Diuinorũ tex. 4. Minor ẽt ꝓbaĩ ſoli ſubſtãtiæ cõpetit de eius natura, ꝙ ſit eñs per ſe ſubſiſtens.

Quòd tñ diuerſimodè contingit quia .ii. partes ſubſtantiæ ſunt materia, & forma. Ideò q̃dam accidentia principaliter conſequuntur formã, & q̃dam materiã: forma aũt inuenitur aliqua cuius eſſe nõ depẽdet à materia, ut aĩa intellectualis. Materia uerò non eſt niſi ꝑ formã. Vnde in accidentib. q̃ ſequuntur formã eſt aliquid, qđ non hẽt cõicationem cũ materia, ut intelligere, qđ non eſt per organum corporale, ſicut ꝓbat philoſophus in 3. de aĩa: aliqua uerò ex cõſequentib. formã ſunt, q̃ hñt cõicationem cum materia, ut ſentire: nullũ accidens conſequit̃ materiam ſine communicatione formæ. *tex. c. 8.*

Hoc in loco eſt ſpecialis intẽtio. S. D. declarare qũo ſpecialiter accidentia ex ſubſtantiis cauſentur uno duntaxat p̃ſuppoſito nempe ꝙ quodlibet cauſatum ex ſubſtantiis aliquib. conſtat tanq̃ è radicibus a principiis duorũ, q̃ ſunt. ſ. materia, uel forma. Vnde ait ꝙ cum iã principia *expoſitio*

ſint

sint materia & forma; q̃dam consequant̄
formã, q̃dam uerò materiã: sed in his ani
maduertit, ꝙ duplex est forma quarũ vna
inexistit materię, ita ut non eleuetur su ꝑ
eam, sed dependet ab illa (vt dictũ est) &
infieri, & in facto esse, q̃ ex transmutatio
ne seminis virtute agentis resultat: altera
uerò est, q̃ non adeò inexistit materiæ, vt
ab ea dependeat, sed est subsistẽs, cũ nõ
resultet ex seminis transmutatione, sed
creatur a Deo. ob id eleuatur su ꝑ quan-
cunq; cõditionẽ materiæ penes eius po-
tentias q̃ talẽ formam intellectiuã conse
quuntur: nobilissimiq; illi actus nẽpè in-
telligere, & uelle sunt earũ potentiarũ,
qui non sunt ꝑ organa corporalia exer-
citi, vt constat ex Aris. in 3. de aïa inquiẽ
te, ꝙ intelligere nõ est actus corporis: q̃-
dã uerò sunt accidentia cõsequentia for-
mã p̃dictam, q̃ cum matetia cõitate gau
det: faciẽtes itaq; mentionem de forma
priori dicimus, ꝙ oïa accidentia conse-
quentia ipsam cũ materia cõitatem hñt,
quia illa forma ꝑ nullã potentiã, aut ope
rationẽ eleuatur supra materiam. At qm̃
ma-

unde Ar. in lib. de pomo ibi aït quod homo est ad rei imaginẽ factus penes has potẽtias.

materia non hēt esse nisi ꝑ forma necesse est, ut ullū accidens sequatur materiā, sine communicatione formæ: cætera uerò adeò sparsim declarata sunt, ut ullam amplius expostulent declarationem. *Animæ brutorū non sunt ꝑ se subsistentes.*

In his tñ accidentib. q̄ materiā consequuntur inuenitur q̄dā diuersitas. Quædā.n. accidentia consequuntur materiā secundū ordinē, quem hēt ad formā specialē, ut masculinum, & fœmininū in aīalib. quorū diuersitas ad materiā reducit̄, ut dicitur in 10. Met. Vnde remota forma aīalis dicta accidentia non remanēt nisi æquiuocē. Quędā uerò consequunt̄ materiā secundum ordinē, quem hēt ad formā generalem: & ideò remota forma speciali adhuc in ea remanent, sicut nigredo cutis est in æthiope ex mixtione elementorum, & non ex ratione animæ: & ideò post mortem in eo remanet. *tex. 25.*

Hoc in loco lucidius, q̄ modo proponebat manifestat S.D. inquiens, ꝙ inter accidentia, q̄ ēt materiam radicaliter cōsequuntur, q̄dam diuersitas reperit̄, q̄m aliqua cōsequuntur materiā penès ordinem *expositio*

diui dui scd'm quæ & indiuidua eiusdē speciei differunt ab inuicē accidētia vero q̄ consequuntur formā sunt propriæ passiones, vel generis, vel speciei, sicut risibile cōsequitur in homine formā: quia risus contingit ex aliqua appræhensione animæ hominis.

Hoc in loco S. Do. colligit correlariē quæ superius dixerat, asserens, quod vnaqueq; res indiuiduatur per materiam signatā in illis reb. cōpositis ex materia & forma, & collocaē in genere, uel in specię per formā. Iō accidentia q̄ cōsequūtur materiam sunt accidētia indiuidui scd'm q̄ indiuidua eiusdē speciei ad inuicē differūt. Accidētia uero q̄ cōsequūtur formā, sunt propriæ passiones generis, uel speciei, ut patet de risibile in homine, quod consequitur formā hoīs: ut patet in S. Doctor. *expositio* *vide superius.*

Sciendum & est q aliquando accidētia ex principijs essentialibus causantur scd'm actum perfectū, sicut calor in igne, qui semper actu est calidus. Aliquando vero scd'm aptitudinē tm̄, sed cōplemē-

tum

tum accipiunt accidentia ex agente exteriore sicut Diaphaneitas in aere, quæ completur per corpus lucidũ exterius: & in talib. aptitudo est accidens inseparabile, sed completũ quod aduenit ex aliquo principio, quod est extra essentiã rei, uel quod non intrat constitutionem rei, est separabile sicut moueri & huiusmodi.

expositio

Posuerat autem S. D. duas diuersitates causalitatis accidentiũ (vt superius visum est) hic vero ponit tertiam, dicens ꝙ aliquãdo accidẽtia causantur ex principijs essentialib. secundũ actũ perfectũ ut patet de calore in igne, qui semper actu est calidus: aliquando vero secundũ aptitudinẽ tm̃; complementũ vero accipiunt ex agẽte exteriori. Diaphaneitas. n. in aere causatur ex principijs essentialib. aeris scd̃m aptitudinẽ solũ; complet vero per corpus lucidũ exterius, in huiu modi vero apitudo sola est accidens inseparabile, complementum uero est separabile: cũ ꝓficiscatur ex aliquo principio, ꝙ est extra essentiam rei (vt bene

expli-

explicat S.D. quæ omnia clara sunt.

Sciendum est etiam quod in acciden tibus alio modo sumuntur genus, & differentia, q̃ in substantijs: quia .n. in substantijs ex materia, & forma substantiali fit per se vnum; una quadã natura ex eorum coniunctione resultante, quę proprie in prædicamento substãtiæ collocatur. Ideo in substantijs nomina cõcreta, quæ compositum signant proprie gñe esse dicuntur, sicut gña, vel species, ut homo vel animal: non autem forma, uel materia est in prædicamento, hoc mõ nisi p reductionẽ sicut principia in gñe principiatorum esse dicuntur. Sed ex accidẽte, & subiecto non fit vnum per se, unde nõ resultat ex earũ cõiunctione aliqua natura, cui intentio gñis, uel speciei, possit attribui. Vñ nomina accideutium cõcretiuè dicta, nõ ponũtur in pdicamento, sicut species, uel gña, ut albũ vel musicũ, ni si p reductionẽ: sed solum scd̃m q abstracta signantur ut albedo, & musica.

Hæc est tertia pars principalis huius capitis, in qua S.D. duo facit primo de- *expositio*

Q mon-

monstrat quomodo accidentia ponant in prædicamento directè; & consequenter quomodo se habeant ad intentionē speciei, &c. mox in secūda quō ad gen° & differentiā se habeant aperit. Præmittit itaq; primo ꝙ diuerso modo genus, species differentia, sumuntur in accidentibus, q̃ in substātijs.s.cōpositis ex materia & forma, quia in talib. efficitur vnū per se.i.quædam natura resultat ex coniunctione materiæ, & formæ, q̃ propriè ac directè in genere substantię collocatur: ob id omnia concreta illarum supraditarum substantiarum composita significantia propriè in prædicamento collocantur, ut genus, & species, animal, & homo: earū uero substantiarū principia reductiuè in eodem prædicamēto sunt, secus aūt ipsis accidentib. euenit, ex coniunctione subiecti, & accidentis non efficitur vnum per se, neq; aliqua ex his resultat natura, cui possit attribui generis vel speciei intentio: ob id nomina eorū accidentalia in concreto significātia nequaquam in prędicamento ponuntur, ut al-

album,& musicum, nisi in abstracto signi ficantia, ut albedo,& musica:& ratio e-ius est: quia in concreto sumpta non significant ens per se,sed per accidens,cũ sit duorum p̄dicamentorũ. Ideo nequaquam directè in aliquo p̄dicamento po nuntur bene aũt reductiuè.i. respectu di uersorum nempè rõe subiecti in substantiæ prædicamento: & ratione albedinis in prædicamento qualitatis.

Et quia accidentia non componunt ex materia,& forma, ideo non põt in eis sumi genus a materia, differentia a forma sicut in substantijs compositis:sed oportet ut primũ genus sumatur ex ipso modo essendi, secundum q̄ ens diuersimodè secundũ prius & posterius de decem generibus prædicatur,sicut dicitur quantitas ex eo quod est mensura substãtiæ,& qualitas secundum qđ est dispositio substãtiæ,& sic de alijs secũdũ phylosophum in 11. Meth. Differentię uero in eis sumuntur ex diuersitate principiorũ ex quibus causantur,& quia propriæ passiones ex proprijs principijs subiecti *Vide 3. phy. lec. 4. S.T.*

causatur, iõ subiectũ ponitur in diffinitione eorum loco differentiæ si in abstracto diffiniantur, secundũ q sunt propriè in genere sicut dicitur q simitas est nasi curuitas: sed è conuerso esset si eorum diffinitio sumeretur secundum q concretiuè dicuntur, sic.n. subiectũ in eorũ diffinitione poneret̃ sicut genus quia tunc diffinirentur per modũm substantiarũ compositarum in quib. rõ gñis sumitur a materia, sicut dicimus q simmum est nasus curuus: similiter ẽt est, si unum accidens alterius accidẽtis principiũ sit, sicut principium relationis est actio, & passio, & quantitas: & iõ secundum hæc diuidit phylosophus relationem in .v. meta.

Ca. de relatione.

Hæc est secũda particula. 3. partis in qua demonstrat. s. Doc. unde accidentiũ summant̃ genus, & differẽtia: dicens quod cum talia non cõponãtur ex materia & forma nequaquam genus potest sumi a materia, & differentia a forma, sed sumitur ab ipso mõ essendi secundũ q ens p̃dicatur diuersi modè secundum prius & posterius, ut qualitas ab ipso

modo

modo essendi, qui est disponere substantiam, & quantita qua mō est mensurare substantiā, idem aūt dicendum est de alijs pdicamētis (ut hī ex Ar. in Met. 1 o.) Differētiæ vero sumunt in eis, secundū diuersitatē principiorū ex quibus causantur: hincque animaduertit. S. D. quādo diffinitio accidentis erit sumpti. s. in concreto tunc subiectum ponetur loco generis dicēdo simus est nasus curuus, vel cauus, at qñ erit diffinitio accidentis in abstracto duntaxat sumpti, tunc erit subiectū loco differentiæ, ut simitas est Nasi curuitas, huius rei rationē reddit, quia inquiens hanc horum esse cām, qm̄ cum ꝓpriç passiones causent ex subiecti principijs, illarumq; differentiæ sicut ex maiori parte desumantur ex principijs: loquendo de accidente, quod directè ponitur in prædicamēto nempe de abstracto accidente; unde subiectum ponetur in eius diffinitione loco differentiæ, quia sic ponendo subiectum, ponimus & principia subiecti, cum tale ex his constet. Secus autē est censendum de accidenti in con

patet de mobili & mouente actualiter agente in ipsum, aut præteritorũ ut pater & filius quatenus filius est genitus à pate & pater quatenus iam genuit illum, aut futurarũ ut liquet de hęro,& seruo, quatenus poterit qñ uoluerit iubere ei.

Sed quia propria principia accidentium non semper sunt manifesta: Ideo quandoq; sumimus differentias accidentium ex eorũ effectib. sicut cógregatiuũ, & disgregatiuum uisus dicuntur differẽtię coloris, quæ causantur ex abundantia & paucitate lucis. ex qua diuersæ species coloris causant. Sic ergo patet qũo essentia est in substantijs, & in accidentib. & qũo in substantijs cópositis & simplicibus: & qũo intentiones Logicæ uniuersales in eis inueniuntur. Excepto primo principio quod est infinitæ simplicitatis, cui non conuenit rõ gñis, uel speciei, & per consequens nec diffinitio propter suam simplicitatem, in quo sit finis: & consumatio huius sermonis. Amen.

explicit opus aureum D. Tho. Aquinatis de ente & essentia.

expositio Dub. Occasione superiorum verborum S. D. quandam dubitatiunculã proponit, ac soluit: & est huiusmodi. s. dictũ est q̃ differentiæ accidentiũ sumuntur a proprijs principijs subiecti à quib. causant, ergo in eorum diffinitionibus deberent poni ad eorum causalitatem aliqua pertinentia: sed hoc non verificatur ut potest videri de congregatiuo & disgregatiuo, quę indicant & significant effectus ipsorum, ergo, &c.

solutio. Huic obiectioni occurrit inquiens q̃ principia propria. i. diuersæ comixtiones elementorũ, & proportiones eorundẽ ex quib. vnumquodq; eorũ causatur non sunt nobis semper nota. Qua in re talia ignorãtes principia ab eorũ quos nouimus effectib. differentias eorum accipere debemus, ut palam est de omnium colorum cõmunib. principijs. i. quatuor elementis cunctis notissimis, quorũ colorum differentiæ sunt congregatiuum, & disgregatiuum quæ penes abundantiam & paucitatem lucis desumũtur, ut constat in litera S. Th. &c. Epilogat postea,

stea, quæ superius dixerat omnia reducens ad primum principium. Quod omnium beatitudo est, & gloria. & finis entium.

Sed ex his sciendum est quod S. Do. judicare vult opus istud aureum editum esse in gratiā animarum intellectualiū Angelorū & Dei omnipotentis, in quorum gratia etiam ego pauca his addā, quorum primum erit quale reperitur discrimen inter animam intellectiuā quatenus est pars essentiæ. i. quatenus forma informans est & Angelū; secundū erit de ipsa quatenus res est: tertium de Angelis: quartum de Deo in quo consumatio sermonis & operis. Not. 1.

Quò igitur ad primū sciēdū est, ꝙ aīa in his differt ab Angelo, primo quia ipsa est unibilis corpori, ut forma, nō aūt Angelus. secūdo ipsa indiuiduatur ꝑ corpus in quo est, nō aūt Angelus: tertio omnes Angeli non solum numero, sed ēt specie differunt ad inuicē, aīæ solum numero: quarto Angelus est simpliciter aīa, perfectior: quinto cognitio Angelica nō habet Not. 2.

bet ortũ a sensu, nec indiget phantasmate, secus aũt est censendũ de aĩa quãdiu est unita corpori: sexto Angelus intelligit p species sibi inditas siue inatas: Anima p species acquisitas, & a reb. sensibilib. acceptas, receptasq; in intellectu mediante sensu; septimo aĩa diuersis cognitiuis potentiis pspicit, & uniuersalia, & singularia, intellectu cognoscit uniuersalia, & immaterialia, sensu uerò sẽsibilia, & singularia: secus aũt de Angelo est cẽsendũ, qui p unam dumtaxat uirtutẽ cognoscit, & uniuersalia, & singularia, directè, & irreflexè, q aĩæ contrarium cõpetit: octauo intellectus agens, & possibilis propriè, ac uerè est in aĩa, in Angelis uerò non nisi æquiuocè: nono aĩa cũ discursu: Angelus aũt sine discursu intelligit: & ob id Angeli non rationales, sed intellectiui: hoĩes uerò non intellectiui, sed rõnales propriè nuncupantur: decimo in aĩa ponuntur sinderesis, conscientia, ratio superior, inferior faciẽtes quendam sillogismũ: in Angelis uerò non, licet sinderesim habeant; Vndecimò, quia

Ange-

Angelus nutibus quibusdã,& signis absque uocis expressione loquitur: Aĩa uerò ꝑ uoces expressas suos conceptus exprimit: duodecimò Angelus potest dici ꝑsona,non aũt aĩa: ex his ergo colligendum est, ꝙ anima est forma informãs indiuiduata ꝑ corpus in quo est, nõ specie sed numero ab alia distincta ad imaginẽ Dei facta,cuius cognitio sic considerata hẽt ortũ a sensu,diuersisq; cognitiuis potentiis,& vniuersalia & singularia perspiciens,in qua reperiuntur uerè,& propriè intellectus agens, & possibilis hñs sinderesim,conscientiã, superiorẽ inferioréq; rationes, quæ nõ est tota quidditas, sed pars quidditatis, &c. gaudet alio modo intelligendi quando fuerit separata, ut iam in commentariis diximus.

Anima. *3. Not.*

Quò igitur ad secundũ sciendũ est, ꝙ Angeli sunt incorporei,immateriales,sũmo uigẽtes intellectualitatis accumine, quorũ operatio,& uirtus non sunt idẽ cũ eius essentia,ac natura,q̃ uirtus haud ꝓpriè in possibilẽ agẽtem vè partem distribuit; sed ꝑ lucidiorẽ intellectiuã aciem

Angelus.

qua-

quacunq; nostra nō ꝑ spēs a rebus acceptas, sed ꝑ inditas elargitasq́ sibi ab intelligibiliū lumine q̄cunq; a Deo cōdita sunt ꝓspiciunt, materialia sint, siue immaterialia, cōia, siue particularia, pręsentia, siue p̄terita, non tñ futura uariabilia. nec cogitationes cordiū: Deū oīum cōditorē, ac semetipsos elicientes intellectionē non in sensibilib. dumtaxat simulacris, sed in propria intuētur essentia: idq́; no discurrentes minusvè cōpositione, aut diuisione utentes: Hi tñ sunt compositi ex esse, & essentia ex actu, & potentia, ex quo est, quod est.

4. Not. Deus. Nota, ꝙ S S. Doct. ait. s. ꝙ rō generis seu speciei, &c. nō cōueniunt primo principio ꝑ ꝑ infinitam eius simplicitatē, in quib. apertè ostendit, ꝙ eius natura nullam essentiæ, & existentiæ, actus, & potētiæ, formæ, seu materiæ, uirtutis, & operationis, suppositi. & naturæ, uarietatē admittit; imò est ipsummet esse subsistēs, & & oīb. est assistēs ꝑ essentiam, præsentiā, & potentiā; Vnde nō solū Dei operatio, sed & eius substantia, cūcta adimplet: &

for-

fortior est oībus intelligendo, volēdo, & operando, (intelligendo inquam) qm̄ ex simplicis negationis gremio obiecta q̄cunq; intelligibilia ad esse intelligibile primo deducit, dū oīum imò infinitorū, & nō solū in cōi, sed in particulari, n ōnecessariorū tm̄, sed & contingentiū nō discursiuā, sed simplicem hēt scientiā, qua non substantiā eorū tm̄, sed & accidentia cuncta, ac proprietates indagat. (volūtate ēt) cum eius uelle sit agere, qui in sua essentia cuncta exemplaria, in Angelicis mētib. infusas species, in uniuerso ac suarū partiū naturā apparere facit. (in operatione est ēt validus) quia cuncta ex nihilo a semetipso creauit. I. intellectuales substātias, cœlestia corpora, oīum mixtorū, ac simplicium species, imò materiam primam, accidentia, relationesq; condidit: ob id infinitus est in uirtute, pspicacissimus in intellectu summe appetibilis, & summa bonitas: Cui laus & gloria sit per infinita seculorum secula. Amen.

FINIS.

Pro hoc labore Laus sit Deo Benedicto, Santæq; Deiparæ Mariæ. Angelicis Militibus ac sanctis Dei, si quid boni est, si qua mala sunt subijcio correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quia ne scienter & ignoranter feci. MDCVI. Die 24. Februarij.